Laurent. Joann. Nepomucenus Reen ... plagii literarii in Regiae Fridericianae Parnasso graviter accusatus convictus atque Halensium musarum decreto condemnatus / interprete Michael Gottlieb Agnethlero.

### **Contributors**

Agnethler, Michael Gottlieb, 1719-1752. Reen, Laurenz Johann Nepomuk. Büchner, Andreas Elias, 1701-1769. Juncker, Johann, 1679-1759.

#### **Publication/Creation**

Halae ad Salam: Ex Officina Hendeliana, 1750.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/b6kk53dt

### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

## LAVRENT. IOANN. NEPOMVCENVS REEN 82.

GESECANO-WESTPHALVS MEDICINAE DOCTOR

## PLAGII LITERARI

REGIAE FRIDERICIANAE PARNASSO

## CONVICTVS ATQVE HALENSIVM MVSARVM DECRETO

CONDEMNATVS

INTERPRETE

MICHAELE GOTTLIEB AGNETHLERO
SAXONE TRANSILVANO.


PETRVS BYRMANNYS

in praefat. ad poet. Latin. minor.

Quid porro tuti superest, si impune non in scripta aliena modo plagia sed in ipsa nomina illustrium in re literaria virorum his praedonibus grassari licebit?



HALAE AD SALAM
EX OFFICINA HENDELIANA
clolocch.






## AESCVLAPII SACRIS LITANTIBVS

SAL. PLVR. DIC.

MICH. GOTTLIEB AGNETHLER.



adspirante Summo Numine, Ex Auctoritate Magnifici Rectoris D. IOANNIS HENRICI VAN LOM.

a 2

A.L.

A.L. M. Philosophiae Doctoris eiusdemque Facultatis vt & Matheseos ac Astronomiae, in Illustri DVCATVS GELRIAE&COMITATVS ZVTPHANIAE Academia, quae est HARDEROVICI, Professoris Ordinavii. Nec non Consensu Amplissimi SENATVS ACA-DEMICI, Nobilissimaeque Facultatis MEDICAE Decreto, PRO GRADV DOCTORATVS, Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis rite & legitime consequendis, Eruditorum examini submittit LAVRENTIVS FOHANNES NEPOMVCENVS REEN, Gesecano-Westphalus. Ad diem 30. Novemb. bora locoque solitis. HARDEROVICI Apud 70-HANNEM MOOJEN, Academiae Ducatus Gelviae & Comit. Zutph. Typograph. Ord. clo locc xLVIII. Haec ego hilare legens atque relegens magno, fateor, afficiebar gaudio: quippe quoniam ad augenda salutaris scientiae incrementa sollicite elaboratis, atque in primis a commilitonum quondam meorum industria profectis magnopere subinde delectari soleo speciminibus. Cum interea mecum pensito, vndenam homini, ante aliquot menses in litteris leviter admodum versato, subito tanti scientiarum accesserint thesauri? atque suspensus haereo, quo tandem pacto is, qui vix primis disciplinarum medicarum delicias degustaverat labris, protinus adeo propitias Harderovicensium expertus sit musas, vt eum ipsius Apollinis laurea haud existimaverint indignum? Mox lecto rubro, confu-

consulo nigrum, ipsamque commentationis huius tractationem flagrantibus evolvo manibus. Dum vero totam legendo percurro dissertationem, hem! demum me turpiter circumventum video. Vbi enim nova praestolor inventa, nefandum, atque eruditis omni tempore infestum, sese mihi manifestat plagium: immo non saltem plagium, verum etiam insigne innumeris, iisque gravissimis, erroribus refertissimum deprehendo specimen. Misertus huius in tanta scientiarum luce calamitatis, mox serio cogitare coepi, qua ratione quam ocyssime huic mederi possit malo, priusquam id altiores agat radices: tandem-que eum, qui sibi a turpissimis vitiis cavere non didicit, ex latibulis suis excitandum esse rebar, VOBISQVE NEPOMVCENVM detracta larva, qua non saltem coram patronorum suorum facie, verum etiam in Harderovicensium academiae, immo totius orbis eruditi, scena luctatur, nudum vndiquaque conspiciendum sistere, atque ita immani superbia tumenti huic graculo Aesopio pennas, quibus sese, non sine infamiae macula, exornaverat, evellere decrevi. Quae omnia has potissimum ob rationes constitui: cum vt viris singularis eruditionis fama celeberrimis sua vindicentur, plagiariique fastus reprimatur; tum ne & alios hae in errorem deducant, vel suspensos teneant, iudicii acumine destituti hominis fraudes; tum denique, ne aliis posthac pariter alienis bonis gloriari libeat,

beat, adeoque vanum gloriolae studium similes ad perpetranda similia latrocinia alacriores redderet. Si vero me paullo intemperantius queritari existimetis, LECTORES, ipsi quaeso, oculis in his pagellis lustra-te impudentissimo furto compilata, inconditisque, proh dolor! nugis commaculata aurea ILLVSTRIVM DVVMVIRORVM, ATQVE IN REGIA HAC FRIDERICIANA SALVBERRIMAE DOCTRI-NAE ANTISTITVM nefando crimine dilacerata volumina. Qui enim protinus pereruditus haberi gestiebat medicus, insulsus ille, vbi illotis manibus, in haec artis, cui litamus, sacra irruit; non solummodo subdole sibi vindicata scripta variis erroribus misere contaminare, verum etiam subinde ineptis suis accessionibus perperam coinquinare ausus est: imo eousque REENIVS, cuius ex tanto latrocinio informem contemplandum VOBIS sistimus foetum, proceisit audacia, vt quas ex ore dictitantis illustris atque longe celeberrimi sui quondam praeceptoris impurissimis exceperat manibus recitationes, medicamentorumque quorundam selectiorum formulas, quae omnia indocto homini prodesse poterant, ea universa, inquam, sibi vindicata, prius rudi admodum Minerva efformare, tandemque pariter in hanc plagio compilatam commentationem constipare strenue allaboravit impostor. Et mirum sane, quantum subinde sibi ipsi placet, dum litterarum Latinarum, quarum

rum notitia nullus profecto medicus carere potest, ignarus homo huic purpurae suas perperam assuit lacinias. Quapropter vitiorum in primis illustris BÜCHNERI nostri Latinitatem coinquinantium, atque non raro Prisciani flagitantium limam, haud spernendus in hanc dissertationem promanavit cumulus; orthographica tandem, atque typographica, quibus hoc schediasma ad indignitatem vsque scatet, quis perpurgavit σραλματα? Merito profecto nobilis ille auctor, qui ante plura lustra, REENII nostri socio, IO. FRANCISCO LEONI AB ERLSFELDT, philosophiae, iuris utriusque & medicinae doctori, eiusdemque quondam in Pragensi academia professori, pariter plagii caussa insultabat: Hinc, inter alia inquit, tot furtorum exprobrationes, tanta obiurgationum, insimulationum, criminationum copia, nec minori numero sua sibi vindicantium querelae occurrunt. Iure certe suo NEPOMVCENVS noster adnumerandus venit magnanimo huic Pragensium leoni, aut verius petulantissimo latroni, quippe qui anno cloloccxi sub titulo: Novae & veteris aphorismorum divi senis Hippocratis interpretationis, reliqua, librum divulgaverat, cui aphorismos aphorismorum, five aphorismos Hippocratis in porismata a medicorum sub finem superioris & initium huius saeculi principe, GEORG. WOLFG. WEDELIO, refolutos, & anno clo loc Lxxxxv editos, itidem subdole non tantum ad

verbum inseruerat, sed etiam subinde miseris atque futilibus quibusdam explanationibus commaculave-rat. Hunc vbi presso pede sequitur, atque hac potis-simum ratione nominis celebritatem consequendam esse REENIVS existimat, tanta audaciae atque improbitatis in lucem edit specimina! Quam vero inclarescendi libidinem, foecundam plurium criminum genetricem, publice censoria adhibita virgula coërcendam suadet aequitas. Ne vero quibusdam forte nos hoc loco aliquid nimiae intemperantiae, aut religionis odio, dedisse videretur, ea de caussa, singulos furtis contaminatae dissertationis huius paragraphos, denuo typis mandavimus, quibus vbique e regione compilata illustrium auctorum loca respondent, tandemque his omnibus qualiacunque subinde adspersimus scholia, quae haud dubie nostram passim abunde declarabunt sententiam. Atque ita quam optime valete, COMMILITONES, haec autem & similia eruditorum fata lugete! Dabam in regia Fridericiana d. vIIII. Kal. lanuarii, qui in fastis sacris est natalis CHRISTI vigilia, anni clo locc x x x x v IIII. dies feier Hippocratis interpretationic, religion librum

vilgaverac, cui mekerdanse aplierinasirani inc daramen filmserada za amainare a incelicorum b incen fisperioris de indulus buius ficcult principe.

WOLFG WEDELIC represent Scanno

ha author analolobda abble bertter



Illustrium atque longe celeberrimorum medicorum scripta, a plagiario nostro impudenti fronte compilata, atque, pro convelando scelere, insulsis subinde additamentis misere contaminata.

§. I.

Ntequam ad penitiorem huius morbi indagationem me accingam, necessarium esse puto, ut consuetam philosophorum morem observem, & definitionem praemittam: \*) Febris purpurata est continua exanthematica, qua motu systematis tam vasculosi, quam nervosi intensiori, materia lymphatica corrupta specificae indolis, ex interioribus, maxime nervosis partibus, ad summam cutim, fub forma pustularum minimarum miliarium, asperarum, rubrarum vel albarum, salutariter protruditur. \*\*)

# INSIGNIS PLAGIARII LAVRENT. IO. NEPOM. REENII DISS. INAVG. MEDICA DE FEBRIBVS PVRPVRATIS.

de Febrium purpuratarum Pathologia.

§. I.

Nre omnia, priusquam ad clariorem huius morbi explicationem me accingam, necessarium esse iudico, ut definitionem more philosophorum praemittam: omnis autem febris purpurata est continua, exanthematica, qua motu systematis tam vasculosi, quam nervosi intensiori materia lymphatica corrupta, specificae indolis, ex interioribus maxime nervosis partibus, ad summam cutim, sub forma pustularum miliarium minimarum, asperarum, rubrarum vel albarum, salutariter protruditur.

A §. II.

\*) Leguntur haec in illustris atque selicissimi Halensium practici, Io. IVNCKE-RI, dissert. de purpura alba maligna & benigna f. I.

\*\*) Hac febris purpuratae definitione illustris Andr. Elias BüCHNERVS nofter, nunquam nisi honoris caussa nominandus, in pathologia speciali, sebrium purpuratarum aggreditur tractationem.

6. II.

Erymologiae purpurae verbofius immorari superfluum esse arbitror: nam quilibet facile cognoscit, quod hic morbus nomen a colore purpureo acceperit, cumque iste utplurimum in principio maculas eminentiasque rubicundas exhibeat, & interdum per totam sui periodum conservet, factum est, ut priores Medici illum, ob similitudinem coloris, purpuram; miliarem autem a tuberculis minimis, milii magnitudinem referentibus, vocaverint. Deinde pustulas albas & limpidas passim animadvertentes purpurae quidem nomen retinuere, ad specierum vero differentiam in purpuram rubram & albam hunc morbum dispescuerunt. Germanice vo. catur das rothe und meiße Friesel, a panno in superficie nodoso uti LANGIVS libr. 1. prax. p. 96. iudicat.

§. III.

Quo tempore purpura in lu-

§. II.

Etymologia purpurae verbo: fius inhaerere superfluum esse existimo, quilibet nempe facile cognoscit, quod hic morbus a colore purpureo nomen acceperit, cumque iste ut plurimum in principio maculas eminentias. que rubicundas exhibeat, & saepe per totam suam conservet periodum, factum est, quod Medici priores illum ob coloris aequalitatem, purpuram autem miliarem a tuberculis minimis feminis milii magnitudinem repraesentantibus nominaverint, deinde pustulas albas, limpidas & albas passim animadvertentes purpurae quidem nomen retinuerint, verum ad illorum differentiam, in purpuram rubram & albam dispescuerunt, germanice vocatur das rothe und meiße Friefel, a panno in superficie nodoso uti LANGIVS lib. 1. prax. pag. 96. iudicat. \*)

§. III. Medicorum valde funt diverfae

<sup>\*)</sup> Ista pariter ex modo laudata illustr. IVNCKERI dissertatione & quidem §. II. deprompta sunt: unde luculentissime apparet, Nepomucenum nostrum haec itidem ex chartà in papyrum transscripsisse; atque utinam παραγραφήν hanc paullo curatius exscripsisset, nulla certe h. l. eliminanda superessent σφάλματα, quibus perfrictae frontis homo famigeratissimi medici polluere ausus est commentationem.

cem prodierit, & quae regio hanc foecundam prolem primum excluserit: de eo Medico. rum fententiae non concordant. Alii enim contendunt, quod in Suevia morbus endemius & inde 1620. Lipsiam delatus fuerit. Alii vero statuunt quod Sueci 1630. Germaniam ingressi, & postea diu in tractu Lipsiensi versati, cum incolis purpuram communicaverint. LANGIVS libr. cit. arbitratur, quod iam HALY ABBA-TI, nec non FORESTO, purpura cognita fuerit. Non pauci credunt, eam sub celst verbis libr. V. cap. 28. latitare, imo ab HIP-POCRATISTEMPORE derivare allaborant, & in hunc finem fequentia verba ex illius libr. II. epidem. 3. feet. 3. allegare solent: fiebant in febribus aestivis circa septimum, octavum, vel nonum diem asperitudines quaedam miliaceae, pulicum morfibus fere fimiles, quae tamen non admodum prodibant. Hancvero litem decidere instituti mei ratio prohibet.

sae sententiae, quo tempore, & qualis regio foecundam hanc prolem primo excluferit, aliqui contendunt, quo morbus in svE-VIA endemius, indeque 1620. LIPSIAM delarus fuerit, alii vero statuunt, svevos 1630. Germa. niam ingressos, & postea diu in tractu Lipfiensi versatos cum incolis purpuram communicasse. LANGIVS libr. cit. scribit, quod modo HALI ABBATI & FOREsto purpura fuerit cognita, nonnulli credunt eam sub verbis celeb. CELSI lib. 5. Cap. 18. latitare, alii rursus ab Hippocratis tempore illam derivare laborant, Qui lib. 2. Epidem. 3. sect. 3. sic habet. fiebant in febribus aftiris circa 7mum octav. vel nonum diem asperitudines quaedam miliaciae, pulicum morfibus ferè fimiles, quae tamen non admodum prodibant: haec fuper verba HIPPOCRATIS litem instituere, mea minima est ratio. \*)

A 2 6 IV.

<sup>\*)</sup> Minimam plagiarii nostri esse rationem ipse sub paragraphi huius sinem ingenue fatetur, quod pariter ex innumeris commentationis suae inauguralis documentis tam clare patet, ut neminem fore existimem, qui id salva conscientia facile in dubium vocare possit: atq. utinam ignorantiae caligine occaecatus homo adiestum ex antea excitata ill. IVNCKERI dissertatione §. 3. nude exscripsisset, nostram hoc loco quodammodo essugere potuisset censuram; haud enim, praeter alia errata graviora, hic, at satis inepte, febrium, nescio quarum, assirarum factam fuisse mentionem iudico.

§. IV.

Maiori autem certitudine alii adfirmant, purpuram albam in Saxonia & inprimis Lipsiae 1652. primum se manifestasse, ibique potissimum puerperas infestasse; nonnunquam vero epidemice adfligendo magnam stragem edidisse, tandem longe lateque serpendo non modo Saxoniam superiorem sed & inferiorem, Lu-Satiam, Silesiam, Frisiam, Holfatiam, circulum Rheni superiorem & inferiorem locaque adiacentia occupasse. Celeberr. sy-DENHAMVsintr. de novae febris ingressu refert, quod novum hocce morbi genus Angliam & Londinum aggressum sir. Quin imo regiones septentrionem respicientes, ut Dania, Suecia, ab hoc morbo non funt immunes: licet adeo frequenter non occurrat, ficut in nostris provinciis.

6. IV.

Irerum affirmant alii, sed certitudine cum maiori, purpuram albam in SAXONIA, & imprimis quidem LIPSIAE 1625 se manifestaffe, & ibi potissimum puerperas infestasse, nonnunquam vero epidemice adfligendo magnam stragem edidisse, tandem longe lateque serpendo non modo sa-XONIAM superiorem sed & inferiorem, LVSITANIAM, SILE-SIAM, FRISIAM, HOLSATIAM, circulum Rheni superiorem aeque ac inferiorem, locaque adiacentia occupasse, in tract. de nov. febr. ingress. Celeberr. refert sydenhamivs, quod hocce novum genus morbi ANGLI. AM & LONDINVM aggressum sit, quia regiones septentrionales respicientes ut DANIA, SVE-CIA &c. ab boc morbo non funt immunes, licet non adeo frequenter ibi occurrat, sicut noftris in provinciis. \*)

§. V.

moni-

<sup>\*)</sup> Hic denuo falsarius celeb. IVNCKERI nostri abutitur indulgentia, cuius passim laudatae dist. S. 4. propter ea e regione adiecimus, quo eo luculentius appareret, nos
& hoc loco nihil amori, vel odio dedisse. Quae vero quodammodo immutare voluit
IOHANNES, ea onnia, ut alibi passim, ita & hic, proh dolor! in peius mutata deprehendes. Non solum enim, praeter alia levioris momenti errata, Lipsienses iam circa
annum 1625 primum hoc morbo correptos suisse perperam usurpator assirmat; verum
etiam brevi post purpuram ad Lusitanos usque penetrasse jaudaster prositetur: quorum
errorum alter nimiae desidiae, alter vero insignis inscientiae satis clarum exhibet testi-

6. V.

In his enim purpura alba hodie est commissimum malum, quod non folum per se homines frequenter invadit, sed etiam cum aliis morbis saepissime complicatur. Nulli aetati, nulli fexui nullique hominum conditioni parcit. Quod autem in nonnullis locis nondum adeo cognita sit, id num observatorum negligentiae, an vero alii caussae tribuendum sit, in suspenso relinquendum est. Sufficiant autem haec de origine purpurae eiusque consideratione historica dixisse.

Ill. Büchneri pathol. spec. p. 66.

Convenit quidem in eo omnis materia exanthematica, quod acrimonia sua nervos male adfi6. V.

Nostris enim in regionibus purpura est morbus commissimus, & maxime alba, quae non folum per se homines frequenter invadit, sed etiam aliis cum morbis saepissime complicatur, nulli aetati, nulli sexui, nullique hominum conditioni parcit, quod autem multis in locis adhuc non cognita sit, in meo iudicio in observatione medicorum negligenti querendum est, vel an alteri caussae attribuendum, id in suspensum relinquam, sufficit interim haec de origine purpurae eiusque confideratione historica memorasse. \*)

§. VI.

Quoad materiam videre mihi videor, quod sicut omnis materia exanthematica acrimonia sua

ciat,

A 3 nervo

monium. Ipsis enim adhuc cum trivialium scholarum pulvere colluctantibus tironibus haud ignotum esse arbitror, Lusitaniam inter atque Lusatiam haud exiguam omnino intercedere differentiam.

\*) Quatuor prioribus saepius allegatae ill. IVNCKERI commentationis paragraphis, vel paullo impudentius ad verbum exscriptis, vel etiam subinde, quemadmodum ex supra in medium allatis clare patet, misere contaminatis, quintum hunc eodem plane ordine nunc pariter subiungit impostor. Ne vero fraus statim appareret, subdole transpositis tantum vel leviter immutatis sinalibus atque initialibus voculis, neglecto insuper, more suo, id est pessimo, prorsus omni interpunctionis artissicio, medicorum quorundam in observanda purpura accusandam esse arbitratur incuriam, mox tamen dubius haeret IOHANNES, utrum medicorum socordia, an aliae culpandae sint caussae, quod in nonnullis locis nondum sunesta morbi huius observata, atque scriptis celebrata sint vestigia. Adeoque, me quidem iudice, quae in ill. IVNCKERI nostri scriptis paullo curatius, expressa adumbrantur, ca pariter & hoc loco maculata atque saltem turpiter depravata leguntur momenta.

ciat, ac in aestuosum intensiorem motum universum genus vasorum & sensibilium partium exstimulet, indeque tandem exterminetur. Aft, ficut acrimonia caustica in vegerabilium & mineralium venenis peculiarem obtinet indolem, & ob id peculiaria, cuivis speciei propria, suscitat pathemata; ita etiam singularem & specificam cuivis exanthematicae materiae esse naturam, non tam a priori, quam potius a posteriori, ex effectibus nempe & phaenomenis obviis, innotescit.

p. 67. §. III.

Quomodo autem nunc ab aliis exanthematicis morbis differat purpuraceus, specialius omnino exponendum erit, id quod ex sequen-

nervos male afficiat, ac in aestuo. fum intensiorem motum universum vasorum partiumque sensibilium exstimuler, indeque tandem exterminetur, aft ficut acrimonia acris caustica tam in vegetabilium quam animalium venenis peculiarem obtinet indo. lem, idque ob specifica cuivis speciei communia excitat pathemata, sic quoque singularem aeque ac specificam cuivis materiae exanthematicae esse indolem, non tam a priori, quam posteriori potius ex effectibus nempe ac phenomenis obviis elucescit. \*)

6. VII.

Quod autem ab aliis exanthematicis differat morbus purpuraceus, utique unusquisque Medicorum non ignorat, quomodo vero

\*) Occurrunt haec in Pathologia speciali ab ill. BüCHNERO, sautore atque praeceptore nostro nunquam non pie colendo, maiorem quoad partem, ex ill. b. m. Erider. HOFFMANNI Medicina Rationali Systematica in compendium redasta, atque philiatrorum usui accomodata, quae vero compilatorum antesignanus pariter inconditis suis sigmentis, quod maximopere dolendum, petulanter inquinare strenue allaboravit. Bimembrem nimirum ex oratione commatica, eamque comparativam, singere studuit periodum priorem, eaque propter haud dubie particulam sicut adhibuit, atque ita reotacio suam absolvit; dum vero anodoreus aeque ac connestendi particulae ita, quam periodi huius natura postulat atque suppeditat, pessimo omine, prorsus obliviscitur, nos simul certiores esse voluit, eum tam crudis instructum studiis humanioribus visitasse academias, ut ne prima quidem periodicae artis sundamenta animo imbiberit; cuius asserti veritas etiam exinde patescit, quia nec subsequentem alteram exscripti paragraphi periodum, quae, quas ill. BüCHNERVS noster adiecit, iure suo exigit interpunctionis notas, rite elaboratam atque ab omni vitio immunem, illibatamque transcribendam censuit.

sequentibus eius characteribus inprimis patebit: Efflorescunt nimirum pustulae minimae, semen milii amplitudine aequantes, numerosissimae, cum corrugatione, aspredine & ariditate cutis, quae foetorem plane fingularem, acido-austerum, sub sudore spargunt. Nullum aliud exanthema tam instabile, crebro ac celeriter retrocedens, iterumque comparens, ac purpurace. um; nullum etiam tam crebro intercurrente mox pruritu & punctura flipatum. Proinde quoque alia exanthemata in omnibus regionibus indifcretim occurrunt, & nobiliorem aeque ac fequiorem fexum infestant; purpura vero in certis tantum locis magis familiaris & quafi endemia, & praeterea foeminas magis, quam viros, maximeque puerperas, corripit.

vero dister, nunc specialius mihi erit explicandum, idque patebit ex sequentibus eius characteribus. §. VIII.

Postulae nimirum efflorescunt minimae seminis milii magnitudine aequantes, numerofissimé, ariditate & asperitudine cutis foetorem plane fingularem acido austerum sub sudore potissimum spargentes. Nullum aliud exanthema tam instabile, crebro ac celeriter retrocedens, iterumque elucescens, quam purpuraceum, nullum etiam tam crebro mox intercurrente pruritu, mox punctura stipatum, proinde quoque alia exanthemata omnibus in regionibus indiscretim occurrunt, & nobiliorem aeque ac fequiorem infestant sexum, purpura vero certis folum in locis magis familiaris, ut quafi endemia praeterea foeminas magis quam viros maxime tamen puerperas

corripit. vid. ILL. IVNCKERI: dissert. de morb. puerper. & EX-CELL. B. SCHVLTZII de diaeta puerperarum. \*)

§. IX.

<sup>\*)</sup> Infelix REENIVS noster incidit hic in Scyllam cupiens vitare Charybdim. Dum enim ad evitandam gravioris plagii suspicionem non solum ill. BüCHNERI callide discerpit paragraphum, verum etiam, more sibi passim usitato, voculas quasdam paullulum transsigurare conatur; mox imprudens homo longe severissimam Prisciani incurrit censuram. Quis enim, vel leviter saltem humanioribus imbutus litteris, ut penitus & h.l. neglestam distinguendi normam, voculamque barbaram asperitudo, quam nunquam civitate Latina donatam constat, silentio praeteream, hanc aequo animo serre posset senti-

Ipsa dein purpura inter se differt, & communiter a Medicis in rubram & albam dispescitur. Utraque magis vel minus acuta, benigna vel maligna est. Rubra ob pustulas rubicundas ita dicitur, ac utplurimum minus periculosa, febris expers & interdum chronica est, ita ut non modo diutius corpori inhaerescat, sed & saepius statis anni temporibus redeat, de qua inferius sigillatim; interdum tamen etiam febre stipatur & acutae indolis esse observatur.

Dividitur dein purpura in rubram & albam, & tertio in urticatam, quae ad variolarum faepe accrescunt magnitudinem (propositum vero meum maxime ad explicationem purpurae rubrae & albae positum est, ideo tantum connexive mentionem facio de urticata seu aquosa, quam Germani vocant das nesselfriesel.) ut nunc debita solvam, converto me ad purpuram rubram & albam. Rubra, ut modo in §. 2. demonstravi, ob pustulas rubicundas ita dicitur, ac utplurimum minus periculo.

sa, febrisque interdum expers habetur, ita ut non diutius corpora molester, sed certis saepius anni temporibus redeat, de qua inferius speciatim; nonnunquam etiam febre coniuncta & acuta in-

venitur, quod ab auctoribus probe observatum est. \*)

tentiam? Pustulae milii magnitudine aequantes, numerosissime. Tandem circa paragraphi fui, finem illustrium medicorum IVNCKERI atque SCHVLZII, 78 µaxaents, perperam excitat commentationes, utinam in earum locum ill. BiiCHNERI

a nobis transscripta subinde allegasset scripta!

\*) Quae huic paragrapho improvidus immiscuit plagiarius, ea partim ex allato ill. BuCHNERI loco, partim vero ex supra, haud simplici vice laudatae excell. IVN-CKERI dissertationis §. 6. incongrue atque satis inepte constipata sunt. Vbi enim ill. IVNCKERVS I. c. de quadam purpurae albae specie asserit, quod maiores habeat vesiculas, ad variolarum magnitudinem faepe accedentes, quae vesiculae, quia multum aquae continent, a collectoribus Vratislaviensibus purpura aquosa, das Wasserfriesel, appellantur; mox ex his male lectis atque peius intellectis REENIVS noster, qui forte alibi de purpura urticata, quae vulgo vocatur die Nesselsucht, quamque haud febribus purpuratis, verum chronicae potius purpurae adnumerandam peritiores in arte suadent, aliquid audiverat, furtim atque vitiose: tantum connexive, scribit, mentionem facio de urtip. 68. §. V.

Alba vero purpura magis acuta est, nec sacile sine sebre occurrit, & hinc plus alit periculi. Proinde etiam ea non tam sacile & tam crebro recurrit, ac rubra, puerperasque magis & seminas iuniores, teneriores, sero sas corripit, quam rubra, quae adultioribus potius, succis & sanguine fartis, ipsisque viris familiarior est.

p. 68. §. VI.

Nonnunquam porro purpura idiopathica est, nonnunquam symptomatica, & aliis, maxime continuis febribus, ad exitum vergentibus, supervenit. Admodum enim familiare est, quod purpura rubra, vel alba, vel utraque simul, variolis, morbillis, synochis putridis, ardentibus quoque & petechizantibus aliisque epidemicis, in declinatione accedat, novam febrem accendat, & aegrum, fractis a priori morbo

§. X.

Purpuram, quod attinet albam, magis est acuta, nec facile absque febre occurrit, adeoque non minus alit periculi, proinde ea non tam facile & saepe recurrit ac rubra, magis puerperas, foemellas iuniores, teneriores, serosiores, ac subiecta habitus spongiosioris invadit, quam rubra, quae adultioribus potius, succis & sanguine farctis, ipsisque viris familiarior quam foeminis. \*)

§. XI.

Dein porro divitur purpura in idiopaticam & symptomaticam, haec aliis annumeratur morbis, illa fine praegresso altero se manifestat morbo, quod in sequentibus sphis susius dilucidabitur. S. XII.

Symptomatica febribus continuis ad exitum urgentibus se inhospitat, admodum enim samiliare tam rubra quam alba vel
utraque simul variolis, morbillis, Synochis, putridis, ardentiB bus

cata seu aquosa, quam Germani vocant, das Nesselfriesel. Adeoque dum urticatam cum aquosa eandem esse existimat purpuram, magnam omnino in pathologicis doctrinis LAVRENTIVS prodit infantiam.

\*) Quod ad hunc attinet paragraphum equidem inprimis circa vocabula non minus, subiecta spongiosioris habitus quaedam omnino superessent monenda; ne vero paullo severiores videamur iudices, sufficiat saltem indicasse locum, unde pro suis venditata subdole transscripserit NEPOMVCENVS.

viribus, ingulet. Neque minus catarrhalibus febribus, cum tussi & spirandi angustia, praecipue in infantibus, sese adsociat purpura, vomitu, vel etiam alvi sluxu stipata, quam, si in declinatione constitutus est morbus, pedum & quandoque abdominis intumescentia, cum vel sine aridura superiorum partium, excipit, donec tandem sudoribus vel spontaneis, vel arte excitatis, plenarie cedat.

bus', & petechisantibus aliisque epidemicis febribus maxime accedit, novam accendit febrem, aegrumque fractis a priori morbo viribus iugulat.

§. XIII.

Neque minus febribus catarrhalibus cum tusti spirandique
difficultate ac angusti maxime in
infantibus sese associat, cuius
experientissima testis est experientia, verum circa finem aestatis anno 1718. MERSEBURGICAE omnes ferme infantes cor-

ripiebantur purpura & quidem plurimi alba, praeeunte cum tusfi quasi asthmatica, ita ut intra mensis spatium ab hoc hoste necarentur. \*)

p. 69. §. VII.

Idiopathica autem purpura
his incedit symptomatibus:
Praecedit laevis horripilatio,
subsequitur corporis exaestuatio, cum ingenti languore, viriumque interdum ad lipothymiam usque deiectione. Praecordia

6. XIV.

Quoad idiopaticam purpuram, incipit illa his symptomatibus: levis praecedit horripilatio, cui sequitur corporis exaestuatio cum languore viriumque saepe ad lypothymiam usque deiectione, pectus angitur, prae-

\*) Supra duos, h. l. vero tres, ad velandum flagitium, ex uno BüCHNERIANO fagax plagiarius exsculpsit paragraphos. Quamvis perterea purpuram symptomaticam aliis subinde supervenire sebribus, non vero eam aliis accenseri morbis, saepius laudatus satis clare hic docuerit ill. BüCHNERVS; hinc tamen purpuram hanc REENIVS aliis adnumerandam esse morbis singit. Vtrum tandem ea pro veris habenda sint, quae circa sinem §. XIII. de purpura Martinopoli circa annum 1718. infantibus epidemice insesta ebuccinat, haec adhuc sub iudice lis est, saltem nec mihi, nec viris, quos consului, in arte, cui litamus, caeteroquin longe exercitatissimis, aliquid de hac purpurae strage innotuit unquam. Vnde igitur haec deprompta sit observatio? (quam haud NEPOMVCENO nostro tribuendam esse iuvenilis eiusdem aetas loquitur) aut num eadem insulsis solummodo usurpatoris nostri sicionibus accensenda veniat? peritiorum esto iudicium.

dia stringuntur, pectus angitur, adsunt alta suspiria, inquietudimes, vigiliae, vel somnus ad minimum laboriosus & interturbatus. Percipitur porro compunctorius in dorso sensus, cum alternante frigoris, horroris & caloris intra cutem adsectione, in volis manuum maxime percipienda. In puerperis lochiorum susus retinetur, & lace mammis resorbetur ac stillare cessat.

p. 69. §. VIII.

His succedit cutis asperitas & instar anserinae corrugatio, exsurgentibus innumeris pustulis, sive albis, sive rubris, sive utrisque sibi invicem adpositis, milis semen sigura & exiguitate reserentibus, quae primum collum, dein pectus & dorsum, ac demum brachia & manus occupant. His in summa cute efflorescentibus, graviora antea pathemata mitigantur, pulsus prius durior, contractior & celerior, mollius, libe-

praecordia stringuntur, alta se manifestant suspiria, inquietudines, vigiliae, vel ad minimum somus turbulentus, in dorso animadverritur sensus punctorius cum frigoris, horroris & caloris intra cutim alternatione, in volis manuum maximé percipienda, in puerperis lochiorum sluxus retinetur, vid. illustr. Hoffmannin Pathol. sect. 1. Cap. 9. pag. 69. & clariss. Büchneri Disputationem de imminutione & suppressione lochiorum. \*)

§. XV.

His accedit cutis asperitas adinstaranserinae, corrugatio, germanice Gänsebaut exsurgentibus
pustulis innumeris sive albis sive
rubris, sive utrisque sibi invicem
adpositis, milii semen sigura reserentibus, quae iuxta Medicorum
observationem primó collum
dein pectus, dorsum & demum
brachia cum manibus reliquas
que partes occupat inferiores;
in summa cute tandem essores
sentibus. Symptomata antea
B 2 maio

\*) Quae circa purpurae invasionem observanda paullo limatius in adiecto BüCH-NERIANO loco propinantur lectoribus; ea, demta saltem ultima linea, nimirum ut incompleta atque, neglectis subinde orthographiae regulis, vitiose legerentur, studiose allaboravit impostor. Tandem ill. BüCHNERI in primis ex b. m. HÖFFMANNI scriptis, ficut alibi iam innuimus, depromptam pathologiam specialem, quae multo crebrius, immo ferme ubique, allegari debuisset, hoc potissimum loco primum excitat usurpator. liberius & remissius undulat, animo vigor deiectus redit, arida cutis madescit, & alvus antehac tam sirmiter compressa, ut nec flatibus transitus pateret, laxatur, & non solum hos, sed & nonnunquam stercora, sponte protrudit.

p. 70. §. IX.

Tandem vesiculae sensim sensimque explicantur ichore soetido plenae, urina magis saturata prodit, & sudor, singularis huic exanthemati proprii soetoris, erumpit, sanguinis per lochia suxus repetit, & intra septem vel plurium adhuc dierum decursum, cum insigni extremorum pruritu, pustulae disparent, arescunt, squammularum instar decidunt, & aeger sensim vires recipiens, ad pristinam redit sanitatem.

p. 70. §. X.

Materia porro, quae exanthematicum hunc morbum proxime facit, ex pravo & corrupto in corpore est fucco, ita tamen, maiora mitigantur, pulsus durior ac celerior, molliorem se ostendit ac remissiorem, vires deiectae redeunt, cutis madescit, alvus antea compressa laxatur, ita ut saepe stercora sponte protrudat. \*).

§. XVI.

In declinatione vesiculae sensim sensimque explicantur ichore foetido plenae, urina saturata prodit, sudorque singularis soctoris acido-austerus huic exathemati proprio prorumpit, in puerperis sanguinis per lochia sur repetit, intraque septem vel plurium adhuc dierum spatium, insigni cum pruritu pustulae extenuantur atque arescunt, squammularumque instar decidunt. Aeger sensim donatur viribus, pristinaeque restituitur valetudini. \*\*)

§. XVII.

Quod specialiorem huius materiae dilucidationem attingit, mei est iudicii, materiam hunc exanthematicum producentem morbum

\*) Quae inquinate, incomplete, confuse, uno verbo, male hoc exponuntur paragrapho; ea in vicinia & puriora, & maturiora, & distincta, omnibus denique numeris absoluta, adambrantur, celebrantur.

<sup>\*\*)</sup> Vtrum haec: sudor singularis foetoris acido-austerus buic exanthemati proprio prorumpit, sine reprehensione toleranda sint? aliorum esto iudicium: huc potius, mea quidem sententia, ea quodammodo collineare videntur, quae supra dissertationis REENIANAE S. V. & VIII. subiuncta deprehendes, elogia.

ut, quum duplex sit purpurae genus, duplex hic etiam fit adferendus. Iam uti in macrocofmo, fic etiam in microcofmo, duplex datur liquidorum corruptio, una acido-vappida, paullo fixioris indolis; altera fulphurea, foetida, indolis magis alcalinae atque volatilis. Illa cadit in succos, falino & fulphureo elemento minus instructos, potissimumque in pellucidum, insipidum illum gelatinosum lymphaticum humorem; haec autem in fanguinem & fuccos, qui copiosa fulphurea & falina substantia scatent, inter quos quam maxime connumerandus ille, qui fanguini admixtus, spissior tantisper, variique coloris est & saporis, serum dictus. Hunc igitur corruptum purpurae rubrae, illum vero albae miliaris caussam esse, censemus.

morbum esse ex pravo, corrupto in corpore succo, ita tamen uti duplex est purpurae genus, duplex quoque accusanda sit materia. Iam uti in MACROCOSMO ita & in MICROCOSMO duplex datur fluidorum corruptio, una acido-vappida indolis paulò fixioris, altera sulphureo foetida, magis alcalinae ac volatilis in-'dolis, illa cadit in succos salino & fulphureo elemento minus instructos, potissimum in pellucidum,infipidum illum gelatinofum lymphaticum humorem: Haec vero in fanguinem & fuccos, qui copiosa, sulphurea & falina substantia instructi sunt, inter quos iure non immerito adnumerandus, qui sanguine admixtus, spissior tantisper, colorisque varii & saporis est, serum dictus. Primum igitur corruptum purpurae rubrae, alterum vero albae vel miliaris causam

esse arbitror, & mecum doctissimus HAMBERGERVS in suo compendio practico Cap. de purpura alba & rubra. \*)

B<sub>3</sub> §. XVIII.

<sup>\*)</sup> Quae ex adiecto ill. BüCHNERI loco paullo liberius exscripta, atque subinde, ubi nempe a trito tramite recedit, variis vitiis, acerbiorem Prisciani censuram flagitantibus, contaminata lectoribus suis propinavit; ea surtis atque innumeris criminationum generibus ornatissimus plagiarius noster sub initium & sinem paragraphi huius proprio vindicat iudicio; ne vero inprimis in paragraphi sui calce fraus statim appareret, mox illustrem lenensium Physicum, HAMBERGERVM, subdole excitat impostor.

p. 71. §. XII.

Lympham enim alba in purpura acore esse infectam, evincunt plura. Nimirum solennis & tantum non essentialis huic exanthemati est nimia seri secesfio, per sudores effusos, urinas copiosas, tenues, quandoque salivationes & interdum aequosas deiectiones. Dein omnis generis acida & refrigerantia, quin & ipfum nitrum, largius fumta, nocentissima sunt; vicissim autem quae acidum obtundunt, & sanguini ac lymphae blandam spirituascentiam conciliant, saluberrima. Foeminis porro, quae horaeis fructibus, acetariis, dulcibus, farinaceis, acescentibus, sub otiosa & sedentaria vita, delectantur, frequens quam maxime in puerperio est febris miliaris.

p. 71. §.XIII.

In rubra purpura sub esse vicis. sim serum acre salino-sulphure. um, testatur pruritus & ardor cutis, in haclonge vehementior, ac

S. XVIII.

Verum quod lympha in purpura alba sit acore praedita, nullus forte medicorum in dubium vocabit; nam folennis & non tantum essentialis huic exanthemati est, nimia seri secessio per sudores effusos, urina copiosa tenuis, quandoque falivationes, interdum quoque aequosae deiectiones, dein omnis generis refrigerantia ut acida ipsumque nitrum largius sumpta nocentisfima, quae autem accedunt, obtundunt sanguini ac lymphae blandam spirituescentiam, conciliant faluberrima, faemellis porro, quae fructibus horraceis, acetariis, dulcibus farinaceis, acet fcentibus ac fermentantibus fub otiosa & sedentiaria vita dele-Chantur, frequens ut plurimum in puerperio febris est miliaris. \*)

6. XX.

In rubra purpura serum esse acre salino-sulphureum testatur pruritus & ardor cutis, in hac longe crudelior ac in alba, rur-

\*) Quodfi & hoc loco, infausto prorsus omine, impudentius exscripta paullo limatius denuo impressa essent; haud certe fastidio laborarent Lectores, dum a NEPOMVCENO nostro fructibus, nescio quibus, horraceis ad nauseaum usque satiantur: quumque acidi hi frustus acidum obtundentia requirant, mox ridicule exclamat plagiarius: accedunt. obtundunt! potius enim dicere ac in medio huius paragraphi scribere debuisset: acidum obtundunt.

in alba. Idem ex eo patescit, quod rubrum hoc exanthema eos maxime invadere folear, qui fanguinis impuri copiam alunt, fcorburicis, senibus, feminis male menstruatis & viris haemorrhoidum defectu laborantibus, item, qui diaeta salsa, vinosa, cerevisiis craffioribus & tabaci fumo dele-Stantur, praetereaque laxiori corporis habitu praediti, vitam nimis sedentariam agunt; quod etiam porro fordes acres ferosae, per cutis poros eliminandae, ab aura autem frigida, potuque fimili, corpori sudanti ingesto, aut repentino terrore, ad interiora repressae, frequentissime exanthematicum talem morbum inducant.

p. 72. §. XIV.

Omnia igitur, quae succorum & abundantiam & impuritatem ingignunt, ad generationem purpurati mali remotius concurrunt. Evenit autem hoc iis, qui lautiori victu, leves saltem cibos, farinacea, placentas, dulcia, fermentescibilia & horaeos fructus admitatione admitatione admitatione de la concurrante del concurrante de la concurrante de la concurrante de la concurrante de

fus elucescit ex illo, quod rubra maxime eos invadere foleat, qui sanguinis discrassa laborant ut scorbutici, senes, mulierculae male menstruatae, virique haemorrhoidum defectu laborantes, item qui diaeta salsa, vinosa, cerevisiis crassioribus delectantur, quibus merito recenseri debent grandiores tabaci fumatores, praeterea laxiori corporis habitu praediti, vitam agunt nimis sedentariam, quod etiam fordes acres serosae per cutis aperturas eliminandae, ab aura autem frigida potuque simili corpori sudanti ingesto aut terrore repentino ad interiora repressae sapissime ralem febrem exanthe. maricam inducant, nemo contradicet. \*)

§. XXI.

Ergo omnia, quae humorum discrasiam & abundantiam parturiunt, ad generationem purpuræ remotius concurrunt, hoc vero maxime iis evenit, qui victu lautiori, farinacea, dulcia fermentescibilia, admittunt atque ingurgitant, his adnumerantur illi

\*) Nemo pariter, nisi perfrictae frontis plagiarius, nostrae forte contradicet assertioni, ubi REENIVM nostrum, qui hic denuo & haud paucas interpunctionis notas perperam neglexit, & totum hunc paragraphum ex charta in papyrum pro virili transferipsit, cum plagii literarii reum, tum omni reprehensione dignum iudicamus.

illi qui potu parco, crasso & aqua

impura ac fquallida utuntur, aer

admittunt, item, qui potu parco, crasso, & aqua impura ac squalida utuntur, qui in aëre degunt infalubri, vappido, multisque sordidis & putridis halitibus referto & corrupto. Frequens porro est purpurae genefis in iis, qui alvi sunt strictioris & perspirationem negligunt, in quibus ordinariae, vel etiam criticae fanguinis evacuationes suppressae, omissae, aut excedentes & nimiae fuerunt, qui animo crebrius iactantur, moerori inprimis & diuturnae follicitudini indulgent, vigiliisque & intenfioribus meditationibus vires nimium infringunt.

vires fine omni exceptione utplurimum debilitant atque perver-

p.73. §. XV.

Neque minus prae aliis huic febri expositi sunt, qui laxiorem corporis habitum & temperamentum sic dictum sanguineum, vel phlegmaticum, obtinent, ratione aetatis magis infantes, quam adulti, senesque prae vegetioribus, & ratione sexus soeminae

quoque infalubribus vaporibus putridis multisque aliis corruptis halitibus impletus multum contribuit, non infrequens purpura denique iis, qui alvi sunt perspirationemque **Atrictioris** praecipue SANCTORIANAM negligunt, in quibus ordinariae vel quod peius criticae sanguinis excutiones oppressae vel omisfae aut excedentes fuerunt, qui animo laborant, moerori, nimio amori aut diuturgiori folicitudini incumbant, cui merito adnumerantur vigiliae, lucubrationes nocturnae, meditationes nimiae, nimiaque veneris exercitia, quae

§. XXII.

Dixi Spho 20mo, quod prae aliis huic febri expositi sint, qui laxiorem corporis habitum & temperamentum sic dictum sanguineum vel phlegmaticum possident, ratione aetatis magis infantes quam adulti, confirmatur CLARISSIMI D. LANGVIH tra-

\*) Etiam hoc loco, ut alibi passim, satis clare patescit, undenam praeter hinc inde commissos quosdam orthographicos errores, vocularumque quarundam inanes transpositiones, omnia sua, bona side, imo religiosissime, transcripserit REENIVS.

minae magis, quam viri. Ex foeminis autem non tam plebeiae & minus delicatae, quam potius tenerae & nobiliores, fluore albo antea laborantes, & omnium maxime puerpurae, nostro imprimis hoc aevo, exanthematicae tali febri frequentissime obnoxiae redduntur. Ant. de morb. infant. ratione sexus soeminae magis quam viri, nam quod mulierculae ad minimum plurimae spongiosioris sint habitus, in confesso est, ex soemellis autem non tam plebeiae minusque delicatae, quam potius tenerae ac nobiliores.

S. XXIII.

Vltimo non sunt excludendae illae, quae suore albo, aut Gonorhoea benigna laborant, multis enim obrutae sunt impuritatibus corruptis, quod ex arrosione partium genitalium & exulceratione clarum est. Denique omnium maxime puerperae nostro imprimis saeculo exanthematicae tali sebri obnoxiae redduntur. Quod explicationem nullo modo habere necessarium puto. Testis enim est experientia utpote omni die erudelissima veritatis magistra. \*)

p. 73. §. XVI.

Quum vero omnes hactenus enumeratae caussae iam olim praesto suerint, merito disquirendum nunc est, cur ante aliquot demum lustra prodierit haec febrium species & subinde latius serpat? Iam vero ex iis, §. XXIV.

Verum enim vero cum omnes hucusque recensitae caussae iam olim conditae fuerint, merito mihi disquirendum, cur ante aliquot demum lustra haec febrium species in lucem prodierit, subindeque latius sese disfundat?

iae mushin Cin

nunc

Mondum almae matris Fridericianae Aesculapium, ill. BüCHNERVM nostrum deserit scelus, potius eum immane hoc monstrum gradatim sequitur: non vero solummodo Heroa suum subsequitur, verum etiam subinde inconditis suis interloquutionibus atque levibus nugis SVMMVM hunc VIRVM crebrius insestat. Dum enim ex discerpto uno BüCHNERIANO duos struit paragraphos, alterum horum, ut ad debitam excresceret magnitudinem, quibusdam singularis suae eruditionis locupletavit documentis. Non solum autem sibi mirisce placet, ubi experientiam crudelissimam veritatis appellat magistram; verum etiam, reliqua consulto reticeo, gonorrhoeae benignae, quam hactenus medici uno ore potiori tantummodo sexui competere docuerunt, sequiorem pariter sexum primum participem reddere voluit. Atque ita, ubi nimirum huic purpurae lacinias suas assuit, passim ineptis REENIVS.

quae fuccis vitalibus materiam, temperiem & intemperiem largiuntur, nihil novimus immuta tum praeter frequentissimum redditum potum calidorum, herbae Thee inprimis & fabarum Coffee, usum. Experientia enim docuit, non plebeios & inopes, qui victu simplici & potu ordinario utuntur, sed opulentiores, qui laute vivunt, & eiusmodi potulenta in deliciis habent, purpura potissimum infestari, & in locis ubi mosinvaluit, liberalius eiusmodi potum sorbillandi, febrem hancce etiam crebrius occurrere, magisque se diffundere, quam in aliis.

nunc autem illis, quae succis vitalibus materiam temperiem vel intemperiem largiuntur; nihil mihi immutatum notum est, praeter frequentissimum redditum calidorum potuum herbae Thee ac fabarum Coffe usum, experientia clare docuit, non plebeios & inopes, qui victur simplici & potu utuntur ordinario, fed divites lauteque viventes & potulenta eiusmodi in recreatione habent; purpurae potissimum infestari in locis, ubi mos invaluit, liberalius istiusmodi potum bibendi. revid. superius §. 2. & 3. febrem hancce etiam crebrius ibi occurrere, magisque se diffundere quam in aliis,

confirmat illustris B. HOFEMANNI Patholog. Cap. de febr. purpur. [ect. 1. pag. 74. \*)

p. 74. §. XVII.

In hunc igitur calidum potum culpam novi proventus istius morbi reiiciendam esse, admodum probabile mihi videtur. Praeterquam enim, quod exoticae illae sabae peregrini quidpiam, quod mixtioni sanguinis nostri minus congruum est, custodi-

§. XXV.

Hunc ergo in potum caussam novi ipsius morbi proventus reiiciendam esse valde probabile mihi videtur, praeterquam enim, quod sabae illae exoticae peregrini quidpiam, quod mixtioni sanguinis nostri minus congruum est, conservant, & sub adustione

\*) Dum hic denuo quaedam variat, mox elegantioris litteraturae rudis homo Priscianum iterum iterumque lacessit, quod lectoribus nostris, BüCHNERIANA cum REE-MIANIS conferentibus, haud simplici vice, quam luculentissime adparebit. stodiant, & sub adustione aliquid fulphuris empyrevmatici, nervosis partibus minus amici, suscipiant, ipsumque saccharum, cum decocto hoc copiolius adfumtum, cruditates acidas augeat, infimul quoque certum est, quod calida eiusmodi potulenta fordes intestinorum & salia scorbutica acria, per urinam alias evehenda, in sanguinem agant & cum hoc ad cutis emunctorium pellant, ubi non tam promte, uti sudoris materia, difflari possunt, sed obhaerescunt maculasque sive pustulas protrudunt, inprimis si transpiratio crebrius & gravius dein turbatur ficque universa sanguinis massa ab eiusmodi heterogeneis quisquiliis magis adhuc inquinatur.

Conf. Illustr. b. m. HOFFMAN-NI Dissert. de Purpurae genuina origine, indole & curatione.

stione aliquid sulphuris empyreumatici partibus nervofis non adeo amici suscipiant, ipsumque faccharum cum decocto hoc copiosius adsumptum cruditates acidas adaugeat, infimul quoque certum est, quod calida eiusmodi potulenta intestinorum sordes & falia scorbutica acria per urinam alias evehenda in sanguinem agant, cumque hoc ad emunctorium | cutis trudant. revid. Differtat. ILLYSTR. B. MAVRIT. HOFFMANNI de purpurae genuinae origine & indole. ubi tam promptè uti sudoris materiae difflari non possunt, sed obhaerescunt, maculasque five pustulas producunt, imprimis si transpiratio crebrius & dein gravius turbatur, & sic universa M.S. ab eiusque haeterogeniis particulis magis adhuc cumulatur, pervertiturque. \*)

CAPVI

<sup>\*)</sup> Quam circa finem pathologiae febrium purpuratarum ill. BüCHNERVS excitat b. m. Friderici HOFFMANNI dissertationem, eam ubi paragrapho hoc furtim sibi vindicato inseruit impostor, unamque saltem adiicit voculam, mox ignorantiae caligne occaecatus homo, qui sorte de binis Mauvitiis HOFFMANNIS, patre & silio, Altorsi Noricorum sub sinem superioris atque initium huius saeculi, samigeratissimis medicis, aliquid per nebulam quasi audiverat, hanc ipsam alteri horum perperam tribuit commentationem. Quum itaque NEPOMVCENVS noster integram sebrium purpurata, rum tractationem hactenus ex ill. BüCHNERI pathologia speciali magna cum contentione, non solum nude transscripserit, verum etiam subinde, levibus quibusdam nugis, atque gravioribus erroribus, commaculaverit, nullaque amplius in hoc libro supersint momenta, quibus commode aliena sibi vindicando suam longiorem reddere, atque ulterius conde-

ILL. BÜCHNERI FVNDAMENTA SEMIOLOGIAE MEDICAE.

pag 133. §. IV.

Prognosis de successi & eventu huius morbi, tam salutari, quam funesto, ex dispositione corporis laborantis potissimum est desumenda. Aegrius quippe tollitur magisque anceps est omnis purpura, quae cadit in corpus impuris humoribus repletum; hinc viri, quibus haemorrhoides, & foeminae quibus menses restitant, parcius suunt, aut plane ob aeratis rationem emanent, nec non quibus lochia fuppressa sunt, gravius semper & diutius hoc morbo decumbunt; hinc quoque gravidae, quae ad alvi segnitiem vel adftrictionem inclinant, &, fub fedentario vitae genere, neque medio gestationis tempore, neque ultimis menfibus fanguinis ventilationem admittunt, in puerperio maiorem purpurae experiuntur vecommuniter hementiam.

de Febrium purpuratarum Therapia seu Curatione.

§. I.

A ntequam ad ipsam progres-I furus fim therapiam feu curationem illustrabo prognosin de successu & eventu huius morbi, tam salutari quam funesto, quae ex dispositione corporis laborantis desumenda potissimum est, difficilius igitur tollitur, magisque dubia est illa purpura, quae cadit in corpus impuris humoribus impletum, hinc viri, quibus haemmorrhoides, & foemellae, quibus menses vel restant vel parcius fluunt, vel plane obaetatis rationem emanent, nec non quibus lochia fuppressa funt, longius graviusque semper hoe morbo decumbunt, hinc quoque gravidae, quae ad alvi segnitiem, vel adstrictionem inc'inant, ac subsedentario vitae genere, neque medio gestationis tempore, neque ultimis menfibus, fanguinis ventilationes admittunt, in puerperio maio-

rem

condecorare possit sebrium harum pathologiam; eapropter plagiarius primo dissertationis suae capiti sinem imponit, seque ad alia illustris BuCHNERI nostri volumina, itidem exscribenda, atque subinde contaminanda, i.e. ad maioris momenti scelera perpetranda, accingit.

rem purpurae experiuntur vehementiam, vid. CLARISS. STHALES tractat vom aderlassen. \*)

p. 133. §. V.

Dein maius etiam semper discrimen occurrit in imbecillitate, sive natura, sive ex morbo,
sive alia ex caussa, adsectis, omnium vero maxime in iis, qui per
crebriores animi commotiones,
diuturuam inprimis moestitiam,
genus nervosum reddiderunt
debile, & ad spassicos anomalos
motus concipiendos proclive.
Similiter quoque magis semper
metuenda est purpura, quae sub
aëris constitutione insalubri, sebres malignas & petechiales
passim excitante, impetit.

p. 134. §. VI.

Inter suspecta vero in purpura occurrentia signa haec inprimis sunt connumeranda: Quando exanthematibus sussicienter expulsis tamen pulsus praeter naturam durus & celer manet, somnus nullus, inquietudo magna & respiratio difficilis adest, §. II.

Deinde maius quoque occurrit discrimen in imbecillitate structura, sive ex morbo, sive alia ex causa affectis, omnium vero maxime in iis, qui per crebriores animi commotiones, diuturnam imprimis moestitiam nervosum genus reddiderunt imbecille, & ad spassicos motus concipiendos anomalos proclives: simili modo magis metuenda est purpura illa, quae sub constitutione aeris insalubri sebres malignas & petechiales passim excitante impetit.

S. III.

Suspecta in purpura praesertim signa sunt, quando exanthematibus sufficienter expulsis, tamen pulsus praeter naturam durus manet & celer, somnus nullus, inquietudo magna & respiratio difficilis se manifestat,
item si statim sub initium perC 3 que

\*) Omissis tribus prioribus Semiologiae BuCHNERIANAE paragraphis, qui tam generaliora sebres purpuratas antecedentia, quam eas concomitantia, in primis vero pathognomonica, signa continent; subdole non solum h. l. in quarum irruit, qui ipsi generalia peioris eventus signa prognostica suppeditat, verum etiam subsequentes omnes, ut ex infra dicendis luculentius apparebit, sebres has illustrantes, excitatae semiologiae paragraphos, ubi paullo liberius transscribere, adeoque illicito prossus modo denuo alienis sua locupletare pergit impostor, simul nostram multo severiorem voluit esse animadversionem.

per totum morbi decursum sudores essusus manant, urinae
pallidae & copiosae redduntur,
vel continuus ad mingendum
praesto est stimulus, vel etiam
urina crassa antea & tincta, subito limpida, tenuis & pallida prodit, nec non quando alvus cum
torminibus stuxa nimis est, inprimis in puerperis.

pag. ead. §. VII.

Mali porro praesagii est, si pustulae purpuraceae modo compareant, modo evanescunt, & symptomata semper vehementia eadem infestant. Peius adhuc deprehenditur, si materia retropulsa interioribus sirmius inhaerescit omnique novae expulsioni obsistit, hincque pectoris cum suspiriis oppressio intenditur, fauces stringuntur, virium prostratio increscit & praecordiorum anxietas cum inquietudine augetur.

pag. ead. §. VIII.

Funesta demum indicia praebent, si, haerente intus deleteria materia, interiora ardent & extrema frigent ac rigent, simulque copioso frigido sudore perfunduntur, aut vicissim, quando que totum morbi decursum sudores manant effusius, urinae
pallidae & copiosae redduntur,
vel continuus ad mingendum
adest stimulus, vel etiam urina
crassa antea tincta, subito limpida, tenuis & pallida prodit, nec
non quando alvus cum torminibus sluxa nimis est, imprimis autem in puerperis.

6. IV.

Malum porro signum est, si pustulae purpuraceae modo compareant, modo evanescant, symptomataque eadem semper vehementia saeviant, peius tamen adhuc habetur, si materia retropulsa interioribus sirmiter inhaerescat, omnique repulsioni resistat, hinc pectoris cum suspiriis oppressio intenditur, stringuntur sauces, virium increscit prostratio, praecordiorumque augetur anxietas.

6. V.

Pessima demum praebent indicia, si intus haerente materia, interiora ardent, & extrema frigent & rigent, aut contra, si externa aestuant, & in abdomine notabilis percipitur frigoris sen-

extre.

fus,

extrema aestuant, & in abdomine notabilis frigoris sensus percipitur. Haec enim ubi praesto sunt, aeger utplurimum lipothymia occumbit lethali, ob inflammationem & sphacelationem, quae ventriculum, intestina, cerebrum, vel in puerperis uterum occupavit.

p. 135. §. IX.

Ceterum abunde iam per experientiam constat, quod purpura alba per se nunquam periculo careat, inprimis fi constitutio est epidemia, utpote sub qua plures communiter ingulat; hinc etiam eiusdem retrocessio semper fere est lethalis, vel tamen maxime fontica symptomata, veluti aphthas, deliria & suffocatorias praecordiorum anxietates, inducit. Interim bonum plerumque fignum praebet, febris post efforescentiam exanthematicam, una cum reliquis gravioribus symptomatibus, remittens; malum vero eventum praesagit, si eandem illa servat vehementiam, vel haec magis adhuc augetur.

pag. ead. §. X.

Nimis matura harum efflorescentiarum eruptio maiorem ordifus, haec si adsunt, patiens utplurimum Lypothimiae occumbit lethali, in inflammationem & sphacelationem, quae ventriculum & intestina vel in puerperis uterum insligit.

6. VI.

Caeterum iam abunde per experientiam conflat, quod purpuva alba per se nunquam careat periculo, imprimis fi grasfat epidemice, hinc quoque retrocessio eius semper fere lethalis est, vel ad minimum sontica inducit symptomata, ut aphthas, deliria, suffocatoriasque praecordiorum anxierates, bonum vero fignum praebet febris post efflorescentiam exanthematum una cum reliquis gravioribus fymptomatibus remittens, malum rursus eventum praedicit, silla eandem servat vehementiam, vel haec magis adhuc generatur.

&. VII.

Matura harum efflorescentium nimis eruptio, maiorem ordingordinarie malignitatem notat & maius quoque periculum, quod etiam metuendum omnino est, si petechiae cum iisdem complicantur; eadem ex ratione, quae successive & nimis languide erumpunt, ita ut post discessium priorum nova succedant exanthemata, itidem peioris sunt indolis, quoniam copiam non solum maiorem materiae peccantis malignae, sed & virium simul concurrentem imbecillitatem denotant.

p. 136. §. XI.

Alvi fluxus frequens, circa eruptionis tempus symptomatice eveniens, vel sanguinis excretio largior, retrocessionem exanthematum saepius post se trahit, lethali non raro cum eventu. Quando denique accedunt convulsiones, adfectus soporosi, vel agrypnia quoque pertinax, nec non delirium grave post eruptionem non cessans, raro aegri evadunt.

dinarie annotat malignitatem, maius quoque periculum, quod metuendum omnino est, si petechiae cum illis complicantur, eadem ex ratione, quae, successivè & nimis languide proveniunt, ita ut post destorescentiam priorum nova accersant exanthemata, & peioris demum indolis sunt quoniam copiam non solum maiorem materiae peccantis malignae, sed & virium insimul concurrentem malignitatem ostendunt.

§. VIII.

Fluxus alvi frequens, circa tempus eruptionis fymptomaticè eveniens vel largior fanguinis excretio retrocessionem purpurae saepius post se trahit, lethali non raro cum eventu, quando denique convulsiones, affectus soporosi vel agrypnia quoque pertinax, nec non grandi eruptioni cessans supervenit, rarissime convalescunt aegri. \*)

§. IX.

<sup>\*)</sup> Quae supra passim eruditorum excitavimus loca, éa nos abunde edocent, undenam REENIVS, plagiariorum antesignanus, integram suam, subinde male lectam & haud raro peius transscriptam hauserit sebrium purpuratarum pathologiam; quae vero hoc loco in scenam protraximus momenta, ea ubi novum manisestant plagium, novam pariter ab aequis rerum arbitris slagitant vindictam. Atque utinam grassator haec omnia ex saepius allegatis ill. BüCHNERI sundamentis semiologicis surtim deprompta paullo

ILL. BÜCHNERI FVNDAMENTA PRAXEO MEDICAE.

pag. 93. §. I.

Purpurae, tanquam morbi omnium delicatissimi, curatio, ad tria haec potissimum redit momenta:

I. Vt vitiosa, quae subest, acris, nervosis partibus infesta materia, corrigatur ac temperetur.

II. Vt spasticae fibrarum nervearum inde productae stricturae relaxentur, &

III. praeparata materia placide per cutis emunctoria evacuetur, ne retrocedat.

pag. ead. §. II.

Ad acredinem contemperandam & nervosas male adsectas partes demulcendas, apprime conve6. IX.

Explicatis nunc regulis semiologicis aggredior ipsas regulas
practicas: quoniam vero purpurae tanquam morbi multorum
delicatissimi curatio est, non inconsultum erit primo dividere
illam in tres indicationes, quae
sunt.

10 Ut vitiosa acris nervosisque partibus manifesta materia corrigatur ac temperetur.

2dò ut spasticae fibrarum stri-Eturae relaxentur.

3tiò ut materia praeparata leniter per cutis aperturas eliminetur, minime vero per laxantia ne retrocedat. \*)

§. X.

Primae indicationi satisfaciunt, ad acredinem temperandam, nervosasque male affectas D par-

paullo limatius denuo prelo subiecisset? nulla prosecto in S. VI. epidemice grassaret purpura, nec, ut crebriora alia, vulgo typographica dicta, errata omittam, sub S. VII. sinem
virium quaedem accusanda veniret malignitas, neque tandem in calce S. VIII. nobis
quidem subobscura loquendi formula: quando denique affectus soporosi vel agrypnia
pertinax, nec non grandi eruptioni cessans supervenit, denuo Prisciani postularet
limam. Adeoque ubi a trito tramite paullulum recedit, mox vagus errat impostor.

\*) Quibus sub initium huius paragraphi hilare gloriatur REENIVS, ea, me quidem iudice, restius sequentem in modum lectoribus a plagiario nostro erant propinanda: Ego LAVRENTIVS IOANN. NEPOMVCENVS REEN impudentius hucusque exscriptis, mihique perperam vindicatis, illustris BüCHNERI doctrinis Pathologicis & Semiologicis, dum eiusdem SVMMI VIRI Therapiam Specialem nunc pariter subdole compilandam aggredior, me ad perpetranda, iisdem artibus, varia in re literaria scelera haud omnino ineptum esse palam prositeor! Longe verissimam hanc quodsi dissertationi suae plagiariorum princeps inseruisset sententiam, a reliquis, quamvis omnino haud levibus, multo sacilius, ut nobis quidem videtur, absolvi potuisset criminibus.

conveniunt decocta bumectantia, ex rasura cornu cervi, radice scorzonerae, cichorei, cum hordeo, liquiritia & pauxillo corticis cinnamomi parata, itemque gelatina cornu cervi, aut serum lactis dulce, (Ill. BüCHNERVS noster in eximiis suis recitationibus therapevticis inter aliah. Lusu cerevisiarum, utpote quae humorum adaugent acrimoniam, interdicere, in earumque locum sequentes pro decocto humectante & temperante commendare consuevit species.

Rec. rad. fcorzon. cichor. rafur. c. c. ana unc. ij. rad. liquirit. unc. j. cort. citr. recent drachm, vj. vel cort. cinnamom. drachm.iij.M. concisa contusa gr. m. fiant spec. quarum unc. j. cum Mj. aquae fontanae per dimidium horae decoquenda.) nec non emulfiones dilutiores, examygd. dulc. semine cardui Mariae, cum aquis diapnoicis & antispasmodicis paratae. (Quoniam videlicet quidam, lautioris in primis conditionis aegroti, haud raro decocta aversantur; idcirco illustris praeceptor noster, praeter alia emulfiva sequentis compositionis propinandas suader emul-Rec. fiones.

partes demulcendas, humectantia seu diluentia ex radicibus Cichorii, scorzenorae, liquiritiae, cum hordeo & rasur C. C. parata. Item gelatina C.C. vel serum lactis dulce, cerevisiaria autem omnia minime conveniunt, ob crassitiem, & partibus haeterogeniis, quibus sunt imbuta, adeoque loco horum in usum vocari potest sequens decoctum ex antecedentibus deductum.

Rec. rasur. C. C. rad. scorzoner. Cichor. ana unc. ij. liquirit. unc. j. Cort. Citr. recent. Cinnam. ana drachm. ij. Cuius unc. j. cum M. i. aquae fontanae decoquitur, proque magis nauseosis optime valet: non minorem quoque possident virtutem emulsiones ex aquis diapnoicis & antispasmodicis parata, quarum unam addo.

Rec. aquae flor. til. lilior. Convall. Sambuc. C. B. and unc. ij. Amygd. dulc. excort. drachm. vij. Sem. C. M. drachm. j. M. F. L. A. emulf. Cui add. Conchar. C. S. citr. Saturat. C. C. S. igne ppt. aa drachm. fem. ffr. Canar. gr. X. M. D. ad Vitrum.

Quae omnibus singulis aut binis horis pro lubitu ad cochlea-

Rec. aquar. cerafor. nigr. flor. tiliae, sambuci, card. bened. ana unc. ij, amygd. dulc. excort. drachm. vj. sem. card. Mariae drachm. if, M.f. l. a emulsio, cui adde lapid. cancror. citr. c. c. fine igne ppt. conch. citr. ana drachm. fem. facchar. canar. q. f. M. detur ad vitrum. Cuius emulfionis duo vel tria cochlearia fingulis bihoriis, aut saltem omni trihorio, porrigere iubemur.) Non minus quoque duplici huic scopo satisfaciunt pulveres, ex absorbentibus tenerioribus, aut cum acidis saturatis, parati, quibus, si gravior simul urgeat aestus, commode pauxillum nitri, & in subjectis floridioris habi-

ria duo porrigi queunt: duplici quoque huic scopo inserviunt pulveres ex subtilioribus absorbentibus aut cum acidis saturatis combinati, quibus sub graviori aestu tute pauxillum nitri addi potest, & maxime in subjectis floridioris habitus, quae orgasticis commotionibus magis funt exposita, Corallia rubra coniungi debent, optime vero primis ad minimum diebus, quando pustularum incipit eruptio, omittitur antimonium diaphoreticum, & tantum sub declinatione adiicitur, nisi in casu, ubi forte lenis aliqua commotio necessaria fit. \*)

tus, quae orgasticis commotionibus magis exposita sunt, corallia rubra coniungi possunt. Antimonium autem diaphoreticum optime primis ad minimum diebus, quando exanthematum sit eruptio, omittitur, & sub declinatione demum adiicitur, nisi ubi forsitan leni quadam commotione diaphoretica opus suerit.

§. XI.

<sup>\*)</sup> Quae ex illustris BüCHNERI recitationibus therapevticis a plagiario nostro, quamvis subinde sine omni cerebro ac iudicio, calamo excepta sint, ea pariter, una cum passim laudati VIRI LONGE CELEBERRIMI selectiorum quorundam medicamentorum formulis, hic & alibi sibi vindicata haud raro ineptis variationibus contaminare strenue allaboravit impostor. Quum autem infausto prorsus omine hoc loco praecipitantinm atque acrimoniam corrigentium quorundam pulverum oblitus sit REENIVS; idem vero hoc remedium amitae meae silio unico, praeclare docto sanctiorum disciplinarum candidato, nuper purpurae albae cum iliaca passione complicatae serme succumbenti, aliisque non solum catarrhalibus, verum etiam petechialibus veris sebribus adslictis aegrotis, in curationis limine, nutu PRAECEPTORIS mei, Fridericianae huius Aesculapii longe selicissimi, exoptatissimo semper cum eventu propinaverim; non possum

p. 94. §. III.

Quodsi dein purpurae eruptio difficilius succedat, aut retrocessio metuenda, vel iam fa-Eta, sit, tunc non solum in usum vocandae funt moderatae frictiones calidae, sub illa cautela administratae, ne refrigeratio suspecta commitatur; sed conducunt etiam mitiora diaphoretica paulo crebrius in exiguis dosibus exhibenda, videlicet (In tardiori vel insufficienti eruptione, ut & ubi retrocessio purpurae iam facta, vel saltem metuenda est, sequentem potionem diapnoicam praelibandam ill. BÜCHNERVS noster suadet. Rec. aquar. fcordii, card. bened. A. sambuci, galegae ana unc. ij antim. diaphor. lap.cancror. citr. ana drachm. j, fyr. rub. idaei, e toto citro ana drachm.iij, mixt. fimpl. gtt. xL-L. M. fiat potio, fingulis horis, vel faltem omni bihorio, pro ratione circumstantiarum, ad cochlearia duo porri§. XI.

Si deinde accedat purpurae eruptio difficilior, aut plane retrocessio timenda, vel modo facha fit, non folum frixiones profunt moderatae, calidae, sub illa vero cautela, ne committatur refrigeratio, tunc conducunt diaphoretica mitiora in exigua dosi videdicer. Rec. aquae scord. C. B. flor. Sambuc. Galeg. aa unc. ij. antimonii diaphor. Lap. Cancror. citr. aa drachm. j. Syrup. rub. idaei drachm. vj. Mixt. Simpl. gutt. XV.M.D. ad Vitrum. Omnibus binis horis porrigatur, vel sequenti utatur mixtura quoque diapoica. Rec. Ess. pimp. alb. Vincetox ana drachm. j. Scord. drachm. iij. Spiritus nitri dulc, drachm. ij3. M. D. omnibus quatuor horis ad gutt. XXV. vel XXX. D. D. HOFFMANnus laudat spiritum bezoardicum ad mentem Bussi paratum cum tribus vel quatuor partibus spiritus nitri dulcis temperatum, 6. XII.

non, quin ipsam medicinae huius formulam cum meis communicem lectoribus. Rec. lap. cancr. citr. matr. perlar. ppt. conchar. cum succo citri saturat. ana drachm. j, cinnab. nat. gr. XV. M. s. pulv. div. in IX. p. aequ. quarum una singulis trihoriis exhibenda. Quod reliquum est, lubenti quidem animo denuo tacebo vitia, NEPOMVCENO nostro solemniora, typographica vulgo dicta; saltem vix aequo animo Lectores insignem illam laturos spero, qua sibi haud dubie mirisce placet REENIVS, vocabula latina construendi rationem, dum: cerevisiaria, inquit, omnia minime conveniunt, ob crassitiem, est partibus haeterogeniis, quibus sunt imbuta, caetera.

6. XII.

Camphorata autem remedia

genda.) essent.pimpin. alb.& vincetox. - - parcius remixtis, (Paullo activius remedium postulantibus circumstantiis, sequentem mixturam diapnoicam alternatim cum superiori potione ex hibendam ill. BÜCHNERVS iubet. Rec. eff. scord. drachm. iij, pimp. alb. vincerox. spir. nitri dulc. ana drachm. j. M. dof. gtt. xxv-xxx fingulis ternis horis.) vel etiam in serosioribus subiectis spiritus bezoardicus ad mentem Bussii paratus, cum tribus vel quatuor partibus spiritus nitri dulcis temperatus. Camphorata autem remedia, licet ad copiosam purpurae efflorescen-

multum contribuant, impetuofiorem tamen causant effectum,
adeoque eam reddunt sugacem,
adque internos ardores aeque
ac angustias disponunt, eodem
modo acida in hoc effectu parum aut nihil prosunt, nisi forsan aestus intensior, & subiecta
sanguine copioso sunt praedita,
& tunc magis in nobiliori quam
sequiori sexu conferunt. Confirmat DD. WALDTSCHMIDT. in

lib. de curat. febrium exantbema-

que purpuram hanc fugacem reddunt, & ad internos ardores ac angustias disponunt. Sic & acida parum in hoc adfectu prosunt, nisi aestus simul intensior & subiecta floridiori sanguine praedita fuerint, ac tunc insuper magis in virili, quam sequiori sexu, con-

ticarum. \*)

ferunt.

p. 95. §. IV.

In qualibet ergo purpura cum febre coniuncta, magis autem qualitercunque maligna, lenissi§. XIII.

In qualibet ergo purpura cum febre coniuncta magis autem qualiter cunque maligna lenissi.

D 3 mus

\*) Hic denuo stolidus plagiarius suo indulget genio: non solum enim unum hunc BüCHNERIANVM in duos dissolvit paragraphos; verum etiam typis publicis exscripta, cum summi sui quondam praeceptoris recitationibus, surtim calamo exceptis, probe miscet; tandemque, ad dissimulandam procul omni dubio nesandum crimen, & circa paragraphi compilati umbilicum quaedam temere omittit momenta, & WALDSCHMIDIVM, pariter ut supra ill. HAMBERGERVM, perperam excitatos REENIVS insestat.

ma

ma feligenda & praeferenda est methodus, quoniam nihil plane fert excessivum, in regimine pariter, ac medicatione. quod ad regimen attinet, aegri semper in moderato & aequali calore, tam lecti, quam hypocausti, detineantur, quoniam nimis aestuosum vires frangit ac pruritum ardoremque cum anxietatibus auget; frigidius autem exanthematum eruptionem impedit, subsequente languore & angore, ac tandem inaequale expulfionem retardat, vel ad minimum instabilem facit purpuram. Vitetur etiam stragulorum & indusiorum, quantum sieri potest, mutatio, ac potius iam trita, ficca & fumigata iniiciantur.

pag. ead. §. V.

Quam graviter dein calida & alexipharmaca noceant, docuit fane uberius experientia, qua constat, eadem, cum aestuoso regimine, in caussa esse, quod, ingruente primum novo hoc morbo, omnes fere perierint, cum iam sub temperatamethodo plurimi evadant. Quin liberalior tantum

mus eligendus est modus, quia nil plane fert excessivum tam in regimine quam in curatione; regimen quod attinet, aegri semper in calore aequali ac moderato tam hypocausti quam le-Eti detineantur, quoniam nimis aestuosum vires frangit, ardo. remque cum pruritu & anxietatibus adauget, frigus verò exanthematum eruptionem impedit ac retardat inaequalem expulfionem, ad hoc praecavendum evitetur stragulorum ac indusiorum mutatio, quantum fieri pot. est, & si mutatio impediri nequeat, trita, ficca & fumigatain. duantur. \*)

6. XIV.

Quam multum & graviter calida Alexipharmaca nocent, experientia docer, qua constat, quod sub aestuosa & nimia eruptionis promotione plurimi aegroti pereant, ideo moderatior tantum infusorum decoctorum que potum optimum esse arbitror, ubi vero metus apparet retro-

\*) Quum hinc denuo satis clare patescat, ex quanam turbulenti hi rivuli promanaverint scaturigine; potius & h.l. ipsius sontis purissimi, Lectori nostro dulces atque salutares doerinae salubrioris aquas existimavi propinandas.

tantum infusorum & decoctorum calidorum potus, sudorem nimium movendo, & serum plus iusto exhauriendo, officit. Vbi vero metus retrocessionis apparet, vel haec iam facta eft,

ibi potus calidus praesentis est efficaciae, atque moderata etiam

diaphoretica locum utique inveniunt.

p. 96. §. VI.

E contrario autem refrigerantia & intestinum motum nimis cohibentia materiam exanthematicam intus detinent, & ob id anxietates ae languores cum periculo intendunt. Ipsum nitrum circumspecte est usur. pandum: In alba enim purpura, & ubi malignitatis indicia, unacum refrigerationibus externis & aestu subinde intercurrente, praesto sunt, ab eo plane abstinendum est; in rubra vero purpura, five alba cum rubra coniuncta, ubi internus adest aestus, cum siti & pulsuum magnitudine, medicamenta diaphoretica leniter nitrata omnino accomoda funt.

pag. ead. §. VII.

Cerevifiae etiam potum nullus minus fert morbus, quam purpura, eo quod multas impuras, crassas & heterogeneas parretrocessionis vel iam facta est, ibi potus calidus liberalior fumptus atque moderata Alexipharmaca utique non omitti audent.

XV.

Quia refrigerantia materiam exanthematicam intus retinent, & ob id anxietates ac languores non fine periculo interdum omnino omitti debent; nitrofis circumspecte agendum, & in purpura alba in totum eliminari praestant, in rubra autem in exigua adhuc dofi quidem admittuntur, rubra cum alba rursus coniuncta non valent, si quis forte non abstinere vellet, illi fuasum habebo, ne permittat aegrum superbibere ob metum lubricitatis alvi, quae facile post nitrosa sequitur.

S. XVI.

Internus ubi adest aestus cum siti, pulsuumque magnitudine, medicamenta diaphoretica leniter nitrata omnino praescribenda funt, ad fitim vero extinguendam cerevifiaria (quod fuperius modo dixi) minime ad-

mittun-

tes in fanguinem & lympham invehit. Optime igitur fibi confulunt purpura laborantes, fi ab omni cerevisiarum genere abstinent, & decoctum bibunt, ex radicae scorzonerae - - citri recentium.

p. 97. §. VIII.

Alvus in purpura nec nimis laxa, nec nimis stricta esse debet. Si enim diutius retinetur, morbus inde nanciscitur pabulum & longius protrahitur; si vero purgantibus, vel saltem laxantibus, omni virulentia destitutis, intempestive ducitur, materia per poros eliminanda revocatur, praecordiorum angustias, tormina & ardores in ventre, nauseam & stomachi subversionem, inducit. Hinc in purpura tam idiopathica, quam quae aliis exanthe-

mittuntur, nisi forte ob consuedinem patientes desistere nollent, tunc illis squidem non tenuis & bene fermentata, sed crassa & caput gravans est interdicenda. \*)

§. XVII.

Quo ad considerationem alvi in purpura illa nec nimis laxa nec nimis stricta esse debet, si diutius retinetur, morbus inde ingravescit longiusque producitur, sin vero purgantibus vel etiam laxantibus omni vi destitutis intempestive ducitur, materia per cutis poros eiicienda revocatur, & praecordiarum angustias ardores in ventre, nausea generantur, hinc in purpura tam idopathica quam symptomatica, maxime autem in mali-

\*) In his pariter paragraphis pleraque equidem eleganter transcripta, quaedam tamen vel in peius mutata, vel perperam omista deprehendes momenta, quorum locum profecto haud nova NEPOMVCENI inventa, sed identidem ill. BüCHNERI calamo exceptae recitationes occupant. Enimyero quamvis, inter alia, ill. BüCHNERVS a cerevisiarum potu, quippe qui & hamorum auget acrimoniam, & ad diarrhoeas hoc morbo adsisctos facile disponit, purpucae succumbentes avocet; probe desecatae tamen, nec nimis lupulatae cerevisiae usum non prossus in recitationibus suis VIR SVMMVS distastit. Haec haud dubie elegantioris literaturae heluo sibi ex saluberrimis illustris praeceptoris nostri recitationibus itidem eum in sinem annotaverat, ut olim in promtu haberet, quibus, aeque ut superiores ita & hunc constipare posset paragraphos. Tandem praeter REENII nostri patientes, aliaque huius sarinae portenta, me, sateor, magnopere adhuc terret satale illud prodigium, quod sub § XV. initium nobis occurrit, ubi plagiarius: ob id, inquit, anxietates ac languores non sine periculo interdum omnine omitti debent; caetera. Ad solvendum hunc nodum Gordium, vel Oedipo coniectore, vel Alexandri Macedonis ense opus esse arbitror.

anthematicis febribus accedit, maligna alvum nec brevi ante, tanto magis in maligna, alvum nec paulo post eruptionem irrinec paullo ante, nec paullo post eruptionem irritare licet, fed quando vis morbi deferbuit & purpura ficcescere incipit. Neque tum vix aliud expedit remedium quam clyster emolliens, (Quamill. BÜCHNERVS in therapevtica nephritidis simplicis tractatione inter praestantissima palliativa remedia retulit, auditoribusque suis in calamum di-Aitare consuevit clysteris emollientis atque paregorici formulam; eam, ex plagiarii nostri sententia, hunc pariter occupare oportet locum. Red. rad. althaeae, lilior. alb. ana unc. j. hb. melilot. flor. chamaemel. vulg. fambuc. ana Mi. fem. foenic. anethi ana drachm. ij, M. concisa contusa decoqu. cum suffic. qu. lactis: colaturae rec. uncias viij. vel x, adde olei coct. verbasci, anethi ana drachm. vj, mellis mercurial. vel fyr. de althaea unc. j. nitri depurat. drachm. j. M.) iniiciendus fub symptomatum remissione, quae plerumque matutino tempore maior, quam vespertino & nocturno, deprehenditur. Si

tare licitum eft. revid. ILLUSTR. BÜCHNERI. Dissertat. de cauta alvi folutione in morbis, sed quando vis morbi debilitata est. & purpura incipit succrescere, tum vix aliud suppetit remedium quam clyster emolliens, quae esse potest E.G.

R. rad. alth. lilior. alb. ana unc. j. Herb. Melilot. flor. Cham. vulg. Samb. aa M. j. Sem. Foenicul. Aneth. aa drachm.ij. M.C. & C. decoquantur C.S. q. lactis. cui adde olei Coct. Verbafi Aneth. aa drachm. vj. Mell Mercurial. vel Syrup. de alth. unc. i. nitri depurat. drachm. j. M.

Injiciendus est clyster sub fymptomatum remissione, quae plerumque matutino tempore major quam vefpertino ac nocturno deprehenditur, si verò quâcunque ex caufà diarrhaea intercurrat, tunc ut secure mitigetur, opiatis sepositis & adstringentibus tam moderatus nitri quam corticis cascarillae usus vel essent. Carryophil. Cort. aurant cum essent. Cort. Cascarill.

parcius

vero quacunque ex caussa actua- parcius remixta in exiguis poslis quaedam diarrhoea accedat, funt adhiberi dosibus. \*) tunc pro ea secure mitiganda,

sepositis opiatis & adstringentibus, tam moderatus nitri, quam corticis cascarillae usus, conducit, vel etiam essent. caryoph. pimp. alb. cort. aurant. cum essent. cort. cascarill. parcius remixtae, exiguis possunt adhiberi dosibus.

p. 98. §. IX.

Sanguinis missio maxima cum prudentia est instituenda. Nam in purpura alba & maligna, quam summa virium prostratio, cum largis sudoribus & debilitate ac frequentia pulsus, arguit, plane non est admittenda. E contrario autem infigniter prodest, immo necessaria est, in puerperis, quando lochiis retentis, symptomata purpuram comitantia eius incursum praenunciant, siquidem hac ratione saepius sum. mas praecordiorum anxietates, animi defectiones, nec non labo. riosa respiratio, feliciter tolluntur, ita ut dein summo cum levamine

S. XIX.

De V. S. adhuc monendum, quod summa cum prudentia sit instituenda, nam in purpura alba & maligna quam summa virium decrescentia cum sudoribus superfluis & debilitate ac pulsus frequentia arguit, plane omittenda, econtra prodest insigniter, imo nec ab illa abstinendum est in puerperis, quando lochia retinentur, fiquidem hac de caussa summas praecordiorum anxietates, laboriosa respiratio &c. feliciter tolluntur, ira ut fumma cum euphoria in universa corporis peripheria exanthemata profiliant; cavendum de.

\*) Praeter hand pauca errata typographica, quibus in primis verbafum, mell, atque esent. carryophil. adnumerari merentur, clysteres, procul dubio quia in utroque fexu utiles deprehendantur, primum generis communis esse voluit REENIVS. enim illustrem BüCHNERVM presso pede sequitur: iniiciendus est, inquit, clyster, quum tamen paullo ante hae scribendi formula : clyster emolliens, quae effe potest, usus Tandem hoc loco haud praetereunda funt laxantia, omni virulentia destituta, quae-a plagiario nostro sub paragraphi huius initium perperam laxantia omni vi destituta appellantnr: quorum illa utique alvum ducunt, adeoque etiam merito sub memoratis in paragrapho circumstantiis interdicenda veniunt, haec vero, siquidem omni vi destituta in rerum natura supersimt plagiarii nostri laxantia, tuto in his aliisque sebribus exanthematicis, me quidem iudice, propinari posunt.

mine in universo corpore purpura prorumpat. (Quae hic subsequentur proletariae eruditionis REENIANAE documenta, ea vel quaedam sub initium huius paragraphi iam in hanc scenam protracta denuo faltem repetunt momenta, vel ex male iterum intellectis ill. BÜCHNERI recitationibus, hic illustrationis caussa exhibitis, vel denique, ut nobis quidem videtur, ex supra plus fimplici vice laudatae ill. IVN-CHERI differtationis & XXXIX, subdole corrasa, trivialiumque scholarum erroribus subinde contaminata funt.)

pag. ead. §. X.

que hoc in morbo admodum fint prostratae, & facilis observetur ad lipothymias propensio, summo omnio cavendum est studio, ne aeger ex lecto surgat, aut diutius erectus sedeat, quia facile sic obrepit animi defectio.

nique, ne fiat sanguinis missio, post secundum aut tertium accessionis diem, sed primo & secundo die incipientis febris, in purpura vero alba nunquam fecatur vena; neque quando dubio. fum an fiat rubra an alba, quod tamen Medicus nisi graffetur epidemice, praedicere ipse nequit, adeoque melius abstinendum, quia omittendo non tam grande peccatur, quam indebite instituendo, excepta rursus illa, quae venit in puerperis lochiis retentis, ubi omnino: uti superius allegarum : necesse est ac salutare, plura vide in Disputat. B. F. HOFFMANNI de V. S. prudenti administratione. \*)

§. XX.

Quum porro vires plerum. Ob nimiam debilitatem agri facile incurrent Lipothymias, adeoque cavendum, ne illi sub medicamentorum assumptione nimis exaltentur in altum, quia autem plurimi fine erectione medicamentis uti nequeunt, videatur, ne nimis una vice, sed tarde

(Hoc

\*) Tanto, inter alia, aliena fibi vindicandi h.l. fascinatus homo laborat pruritu, ut ne ipsis in describendo pepercerit typothetarum vitiis. Vbi enim in passim celebratam ill. BüCHNERI therapiam specialem, quae de reliquo paullo diligentiores nacta correctores in lucem prodiit, levis forte typothetarum incuria irrepferat error; mox rapinis intentus plagiarius pariter: summas, inquit, praecordiorum anxietates, laboriosa respiratio & c. feliciter tolluntur.

(Hociterum loco stollidus, atque variis criminationum generibus obnoxius homo, non folum in exprimendis quibusdam recitationum BÜCHNERIANARVM momentis prorfus inquinato fcribendi delectatur genere; verum etiam, quod multo peius est, loco potionis analepticae, ab illustri praeceptore suo ad eun dem hunc paragraphum commendatae, perperam sequentem, quam potius ad mitigandos in febribus intermittentibus, epidemicis, anomalis & mali moris, anxios vomitus idem VIR SVMMVs destinatam voluit, le- concedi potest, vel mutationis nientem excitat emulfionem. gratia pulvis analepticus ordi-Rec. aquae fcord. fl. tiliae, fam. natur. \*) buc. menthae ana unc. ij aquae

tarde erigantur, his ergo debilitate affectis analepticis est succurrendum, quo scopo sequens emulfio analeptica infervire potest.

Rec. aquae scord. flor. til. Samb. menth. aa unc. ij aquae Cinam. borag. unc. j Sem. 4. frigid. maj. amig. dulc. excort. aa drachm. iij Sem. papav. alb. drachm.ij M.F.L.A. emulfio.

Adde cerussae antimon. drachm. j. ffr. Canariens. q. S. ad gratiam Dosis Cochlearia duo, quae emulfio pro patientis lubitu inter remedia ordinaria

cinnam. borag. unc. j, sem. quatuor frig. maior. amygd. dulc. excort. ana drachm. iij, sem. papav. alb. drachm. ij, M. f. l. a. emulsio, cui adde ceruff. antimonii drachm. j, facchar. canar. q. f. ad gratum faporem, detur ad vitr. dof. cochlearia duo, fingulis horis.)

p. 99. §. XI.

Visicatoriorum utilitatem in Visicatoriorum applicatiopurpura iam dilaudavit HAMIL- tionem in purpura HAMILTON TON

<sup>\*)</sup> Quum potio analeptica, cuius temere hoc loco REENIVS neglexit formulam, refocillando prostratas in febb. purpuratis vires singularem omnino praestet utilitatem; non possum non, quin cum Lectoribus meis, bona cum illustr. praeceptoris nostri venia, eius communicem compositionem. Rec. aquae ceras, nigr. fl. tiliae, melissae f. v. lil. conval. f. v. ana unc. ij antimon. diaphor. matr. perl. ppt. ana fcrup. ij. fyrup. rub. id. de canela ana drachm, iij spir. nitr. dulc. drachm. j. M. d. ad vitr. Dos. omni quadrihorio aliquet cochlearia.

TON de febre miliari, eademque scapulis adponere suasit, optima fane cum ratione. Subtrahunt enim humorem serosum impurum, & fibras delassatas nerveas ad contractionem exstimulant, ut materiam morbificam prompte excutiant. Hinc sub tarda eruptione, & motu humorum ad interiora ipsumque caput converso, itemque imminente exanthematum retrocessione, saepius cum fructu brachiis, aut furis imponitur veficatorium, ex emplastro de meliloto, pulvere cantharidum & pauxillo balfami Peruviani paratum.

de febre miliari laudat, eademque scapulis admovere suasir, optima mei iudicii cum ratione, quia subtrahunt humores serosos impuros, fibrasque delassa. tas nerveas, ad contractionem stimulant, ut materiam peccantem prompte excutiant, hinc fub tarda eruptione & humorum motu ad interiora converfionis, item imminente purpurae retrocessione saepius cum fructu brachiis, ubi fonticuli solent applicari, aut suris uti memorant authores, ut HEURNIUS, WALDTSCHMID. AMURALTUS. &c. de febribus exanthematicis imponuntur. FRID. HOFFMAN

recommendat vesicatorium ex emplastr. de melilot. pulvere canth. & pauxillo Bals. de peru paratum. \*)

p. 100. §. XII.

In purpura chronica & fine coniuncta febre adfligente, non nisi bonum regimen conducit, ita ut subiecta a nimia refrigeratione & ab immodica exaestuatione corporis abstineant, insimul-

6. XXII.

Purpura durans supra duas vel tres hebdomadas semper secundum regulas medicas dicitur Chronica, semperque est rubra ubi ferme nullus adest metus, nisi forte patientes se ipsos per-

\*) Nisi haec sententia: optima (verius pessima) mei iudicii cum ratione, ipsaque barbara illa vocula recommendat, praeter nonnullas alias a puritate linguae Latinae aberrationes, nostrum LECTORIBVS de meliori commendare valeant plagiarium; tantum profecto abest, ut eundem ullis dignum existimem laudibus, ut potius nemini magis vituperatione opus esse autumem, quam qui inquinando atque perperam compilando optimorum quorundam auctorum scripta, saltem in mustaceo laureolam quaerendam esse arbitrantur.

mulque bonam seruent diaeram ac omnem in victu ac potu evitent excessium, cibo utantur evpepto, potu tenui, modice saltem vinoso, nequaquam vero spirituoso. Proinde etiam conferunt interdum pulveres ex ab-& pauco nitri parati - - maxime vero conducit transpiratio- sputat. DOCTISSIMI SCHVLTZII nis in aequali successu conserva. de vinis interdicendis. \*) tio, quam infusa calida dilutiotiora, five herbae Thee, -- optime promovere possunt.

pag. ead. §. XIII.

De reliquo cum purpura insimum, & quidem puerperis, sit folennis, indicandum adhuc erit, qua ratione tales optime ab ea praeservari queant. Sub graviditate igitur exacta victus ratio servanda, corpus motu moderate exercendum, venter a refrigeratione defendendus, fanguinis copia venaesectione, ter vel quater in superioribus partibus instituta, minuenda, & alvina excretio subinde adiuvan-

dant; Curatio consistit in hoc, ut medicus leniter ordinet diaphoretica, atque ut aeger aequalem bona cum diaera conservet respirationem, quem in finem necesse erit, suadere potus calidos, qui possunt esse Thee. sorbentibus, diaphoreticis fixis Vinum quoque illis non est interdicendum. Confirmat. Di-

§. XXIII.

Verum enim verò cum purprimis miliaris foeminis potis- pura praesertim alba maximé solennis sit infantibus, succurrendum illis praeservatoriis, haecque impetrantur si foemellae gravitatis tempore debitam conservant diaetam, motionumque debitarum non obliviscantur; multum quoque hoc scopo contribuunt S. V. circa secundum quarrum & septimum gravitatis mensem instituendae, & maxime in plethoricis, hocque an fiat vel in brachio vel in pede.

\*) Quamvis quae in hunc luxurians ingenium corrafit locum, partim ex illustr. BüCHNERI recitationibus, partim vero ex protracto in hanc scenam paragrapho deprompta sint; tamen voculam patientes, atque ea, quibus de respirationis conservatione Iberius hie ineptit plagiarius, merito, & quidem unice, praematuro REENII iudicio adiudicanda esfe, ingenue profiteor.

da,

da, per mannata, rhabarbarina & tartarea. Instante dein partu, non per praematurum nissum vires convellendae, nec pellentibus humores exagitandi; post partum vero necessarium est, quo impurus sanguis ex utero expurgetur, & succi a cacochymia contracta liberentur.

p. 101. §. XIV.

Sedato hinc secundo die impetu, omnis generis excretiones modestae sunt promovendae, & alternis diebus pilulae balsamicae roborantes, vel solae, vel, si citatior adsiuc pulsus, cum pulvere temperante nitroso exhibendae funt. Tum quoque - - , quae spasmos leniunt, - - infusum theeforme, ex floribus fambuci, chamomillae & summitatibus millefolii, pulveres diaphoreticos, nec non mixturam, reliqua. (Quas illustr. Büchnervs non saltem in quartanis febribus, verum etiam in aliorum morborum chronicorum curatione, apprime iudicavit utiles, auditoribusque suis de meliori commenda. vit pilulas balfamicas roborantes, earum perperam fibi h. l. plagia.

pede, doctiorum iudicio relinquam. Alvus semper sit aperta, econtra fi retardat, adiuvan. da leniter, Rhabarbarinis, mannatis & tartareis: in ipso partu videndum, ne sine necessitate laboret Mulier, & post partum offerenda funt remedia pellentia, loco horum melius leniter sudorem promoventia convenire mihi videntur, non omissis roborantibus spasmosque sedantibus, quae in forma thee ut flores fambuci, Camomill. vulgaris. fumm. millefolii ana part. aeq. vel ipsum thee chinense dari possunt; alimenta quae hic valent, sunt gallinarum juscula & vitulorum, sed non nimis pinguia, potus nunquam sit frigidus, vinum cum croco & myrrha mixtum puerperarum pestis est, denique patet alvum in puerperis ut plurimum laborare fegnitie, quo scopo pilulae sequentes balsamicae polychrestae per experientiam probatae habentur.

R. extract. absynth. Cent. minor. C. B. Cochliar. fumar. Hellebor. nigr. ana drachm. j. Aloes Violat. drachm. j. sem. heder.

plagiarius noster vindicavit formulam. Rec. extr. absinth.
centaur. min. card. bened. cochlear. fumar. helleb. nigr. ana
drachm. j, aloes rosat. vel violatae, vel extr. aloes aquos.
drachm. j. semis, gummi haeder.
iuniper. myrrh. elect. Terebinth. coct. ana drachm. j. M. f. c.
suff. qv. essent. absinth. simpl.
pil. pond. gr. 1. obducantur argento, dentur ad scatulam.
Pro dosi num. xv-xx. alternis
diebus exhibendae.)

heder. Gum. Junip. Myrrh. elect. thereb. coct. aa drachm. j M. F. C. S. q. Essent. absynth. simpl. pill. Grani unius pondere, obducantur auro.

D. alternatis diebus N. X. ad XV. caveatur vero, ne ante diem tertium post partum propinentur, aliás magis nocebitur quám carabitur. \*)

§. XXIV.

Haec ergo quoad pathologico practicam huius affectus considerationem sufficiant. Te verò LECTOR BENEVOLE, ut hunc meum laborem aequi bonique consulas, eximie rogo, quaeque minus digna oculis videntur tuis, aut quae adhuc desicere intelliges, favoris tui gratia supple, DEO autem pro benignissime praestito auxillo sit laus honor & gloria. \*\*)

Reveren-

- \*) Supra haud raro unum BüCHNERIANVM in duos, vel tres, discerpsit, hic vero duos, perperam mutilatos, conglutinavit paragraphos: ne vero luculentius fraus appareret, mox longe utilisimis illustris BüCHNERI recitationibus, selectiorumque medicamentorum formulis inhiat impostor; dumque haec omnia, paullo negligentius calamo excepta, typis publicis exscriptis immiscet, maius omnino scelus plagiariorum princeps anhelat. Priusquam autem ab invicem recedamus, scito, LECTOR BENEVOLE, errorum typographicorum, aliorumque criminum in REENIANA dissertatione inaugurali passini obviorum uberrimam segetem, huius pariter paragraphi egregie locupletari hallucinationibus.
- \*\*) Plagiariorum antefignani fraudes huc usque experti LECTORES iudicent, quo tandem iure, & fensu, maleseriatus homo, subdole compilata, petulanter commaculata, immo perperam subinde mutilata ILLVSTRIVM atque LONGE FAMIGE-RATIS-

Reverendissimis Excellentissimis Perillustribus & Generosis nec non Praenobilibus, Nobilibus, Clarissimis Doctissimis Consultissimis que Dominis Dominis Ducatus Westphaliae statibus Patronis meis ac Dominis Dominis Gratiosissimis Sacrum!

Reverendissimi Excellentissimi Perillustres & Generosi nec non Praenobiles, Nobiles, Clarissimi, Doctissimi, Consultissimique, Domini Status, Domini perquam Gratiosi ac Honoratissimi.

Poveritis utique, quatenus Ducatus hic Westphaliae plurium juristarum quam medicorum cumulo tam in civitatibus metropolitanis, quam & in oppidis praemunitus, & Ego ductu amoris in patriam taliter me arti medicae applicaverim, ut tum pro bono publico, tum & privato me examini Eruditorum sistere, & theses disputationi huic inaugurali medicae theoretico-practicae insertas de febribus purpuratis desendere, easque Vobis quà PATRIAE PROCERIBVS EXCELLENTISSIMIS F

RATISSIMORVM MEDICORVM celebratissima scripta, in ultimo hoc paragrapho, non solummodo suum appellare sustinuerit laborem, verum etiam, SVMMO NV-MINI ob clementissime largitos, ad perpetranda tanta scelera, vires publicas exsolvere gratias haud erubescat. Quanquam itaque, sicut alibi passim innuimus, misello plagiario nostro, praeter titulum, paragraphorum seriem, barbarasque quasdam voculas, ex omnibus, quae hanc inauguralem dissertationem exornant, momentis, nihil prorsus merito tribui possit; tamen & in condenda dedicatione, & elaborando commentationis huius prooemio, REENIVM propriam exercuisse diligentiam, ex variis huic virorum obscurorum sodali propriis hallucinationibus satis oppido clare apparebit. Audiamus igitur, nisi molestum est, geminam indocti, omnisque elegantioris literaturae rudioris hominis inaudita cum audacia & considentia conscribillatam sabellam.

Demisssimae dedicatas haberi intendam, hinc maximè debità & devinctissima, qua plurimum teneor, cum devotione hisce dedico & offero, enixe rogans, ut hasce gratiose suscipere, mihique, utpote se gratiae Vestrae recommendanti carum authori favere non dedignemini.

Reverendissimi Excellentissimi Perillustres & Generosi nec non Praenobiles, Nobiles Clarissimi Doctissimi, Consultissimique Domini Domini

Obsequioso-devinctissimo & infimo fervo

## LAVRENTIO IOANNI NEPOMVC. REEN.

## PROEMIVM.

Derponderando, qualem potissimum disputationem, quae pro authoritate, artem exercendi medicam, jussu & consensu gratiofi ordinis medici elaboranda est, atque defendenda, argumentum eligerem; themata mihi obtulerunt innumera, e quibus elegi argumentum praesens de Febribus Purpuratis, & quidem primò hac de causa: quià anno praeterlapso 1747. tempore aestivo Halae Ducatus Magdeburgici hae sebres epidemicè grassabantur, aegrique qui se manibus empyricorum subiiciebant, quoque quasi epidemice moriebantur: tractatio seu curatio, nescio an liceat dicere curatio illorum empyricorum constabat primò in praescriptione purgantis & secundo V. S. quibus medicamentis patientes suos ex hac miseria in longam miserunt aeternitatem, mirabitur fortassis non ullus post haec medicamenta mortem esse secutam, dummodo secum perpendat, cuncta exanthematum genera praemissis purgantibus aequé ac V.S. retropel.

tropelli, purgantia enim fuam per irritationem & maiorem motum, quem causant peristalticum humorum ad interiora invitant affluxum, adeoque in aprico esse censeo omne purgans post se relinquere debilitatem; neque ex physicis erit ignotum, quod ubi debilitas, ibi minor sit resistentia, & ubi minor resistentia, ibi maior humorum affluxus, affluxus vero hic ad interiora, ergo hic retropulsio necessariò sequi debebat; eandem ferme habet consistentiam, cum V. S. per hanc enim natura suo adiutore (nempe sanguine) privatur, quô vegeto & per vasa minima circulante exanthemata omneque illud, quod à naturà alienum ad fummam cutim propellitur, ac e corpore eliminatur, imminuto e contrario seu debilitato hoc adiutore, dico circulatione sanguinis nequidem est possibile, ut hostis ille naturae eliminetur, sed potius foveatur, cum iam nulli arti medicae addicto alienum esse sperem, purpuras esse numerandas inter exanthemata, sic facile patebit, purpuras repelli per purgationes, laxationes ac V. S. nunc autem quod sequitur à retrocessione, rationalis utique sciet Medicus, quâ de caus à hoc fusius in proemio explicare desinam: secunda mihi de his febribus disserrandis data calcaria, est utilitas, quam per hanc desensionem & doctiffimorum virorum in arte melius versatorum oppositionem hausturum esse mihi promitto: ne longior autem sim, indicabo ordinem theseos meae, quam dividam in capita duo, quorum primum explicabit purpuras secundum regulas pathologicas, alterum verò fecundum therapevticas, curationem demonstrabit.

Hoc ergo opus priusquam sim aggressurus, TE DEUS T.O.M. supplex veneror, ur gratia tuâ divinâ mihi adesse, cunctaque ad sempiternam nominis tui laudem, proximique emolumentum Clementissime dirigere non dedigneris. Te vero LECTOR BENEVOLE, ut obiectum tractationis meae, levi Miner-

Minerva exaratum, malé non interpreteris, primorumque horum tentaminum tenuitati humaniter indulgeas, enixè rogatum volo. \*)

\*) Praeter ea, quibus se, suamque furtis insulsisque nugis refertissimam dissertationem, in dedicatione, juristis recommendat, (sit horridioribus venia verbis) adhuc alia in procemio, quod, proemia dolofe anhelans tanti latrocinii infamia infignis plagiarius, perperam pastim proemium appellat, nobis occurrunt commenta, σΦαλματα, & quae sunt reliqua huius farinae portenta, longe severissimam clamitantia vindictam. Ne vero, singula haec percensendo, LECTORIBVS meis fastidium faciam, unum saltem speciminis caussa, idque palmarium, quod male excogitatam atque multo peius typis publicis celebratam febrium harum epidemicam concernit luem, aggrediar mendacium. Vbi enim de febrium purpuratarum, Halae ad Salam anno clo locc xxxxvII. graffatarum, epidemica strage paullo liberius loquitur, mox gloriose simul mentitur, adeoque impudentius certe REENIVS suos verbo fallere gestit lectores: quippe quoniam nec ipfi, quos consului, doctrinae, cui litamus, in alma hac Fridericiana antistites, ne per quietem quident, de hac incondita fabula aliquid audiverant unquam. Vnde, me quidem iudice, haud difficile colligitur, quo pariter merito releganda fint ea, quae de perversa sictitii morbi medicatione improvidus perperam commemorat impostor. Si autem etiam animo fingamus, haec omnia pro veris este habenda, adeoque quodsi in hac praeprimis urbe, ubi ad literarum studia haud inepti in dies magna omnino scientiarum luce collustrantur, tanta tamque densa ignorantiae caligine conspicui superesfent empyrici, quanta cos infignes fomniat NEPOMVCENVS; tamen utrum istis, quamvis omni reprehensione dignissimis hominibus, REENIANIS, sive plagiariorum antesignano similibus, an potius paullo gravioribus atque in arte saluberrima

longe exercitatissimis, opus sit monitoribus? LECTO-

RVM esto arbitrium.

